rebus fortitudinem sibi sociam & adiu
tricem capit. In uoluptatibus continen
tiam. In omnibus simul iustitiam:& sic
principium & ortus omnium uirtutum
est prudentia. Finis uero & perfectō iu
stitia esse inuenitur. In medio quoque
consistunt fortitudo & continentia. Po
tētia enī animi quæ omnia & circūpen
sat:& quod opus uniuscuiusque rei ap-
tū sit considerat:& quærit ut omnia re-
cte disponat. Prudētiæ habitus est:quæ
optima est pars ratiōalis essētiæ nostræ
ex qua aliæ animi potentiæ ordinantur
& apte disponuntur:ut animositas ad
fortiter agendum:cupiditas: ut a placi-
dis abstineamus. Iustitia vt ī debita coer
ceamus. hæc vtus mortalē hominē ī no
bis ornat ex supabūdante sibi īnata uir
tute hōis īmortalis. principalr enim vir
tutes ab intellectu ad animū nostrū tra
ductæ resplēdēt. & huius sūt ppria: spēs

prudentia

prudētie habitus

& perfectio & beneuiuēdi causa.ad eas uero partes quæ ratione carent:ut mortale corpus participatio aliquā uirtutum pertransit:ut ea quæ ratiōabili essētiæ innata sunt pulchritudinem impleantur & mensurā.diuinorum uero bonorum dux prudentia recte animo hominis collocata suffragatur sibi:ut dꝫ ōibus bene cōsulat & mortem quidem fōtiter:perditionem quoque pecuniarum mansuete & æquo animo ferat:ac oīs rerum caducarum mutatiōes & illas sequentem fortunam sapienter & intrepide supportare prudētia:vt possimus facit.Naturā enī reꝝ ꝑquirit & intellligit ea q̄ ex t̄ra & aqua cōponuntur necessario in eadem dissolui oporteṝ.& contra necessitatem non resistit.Sed intelligit & pro cognatis ponit:si quid mortale ī humanis moriatur.Scit enim omnibus hominibus fato mortalium esse : & determinatum esse tempus quo mōtalibꝯ corporibus a nobis permanendum.sit: quo stante non decet tristari & dolere:

ſed ut diuina lex poſtulat libenter ſeq
Hoc quidem nunc fatum ſignificat ter
minis quibuſdam neceſſariis mõtalem
hominũ uitam regi. Prudentiæ uero ꝓ
prium opus eſt deoꝝ legibus obtẽperarẽ
quæ nõ quærit ut nõ moriamur. Simil'r
etiã pecuniaꝝ naturam nõ ignorat: q̄ a
nobis modo acquirũtur: mõ ammittun
tur prout quædã determinatæ cauſæ uo
lũt quibus reſiſtere ſtultitia ẽ. nã domi
ni eſſe non poſſumus eoꝝ q̄ noſtra nõ
ſũt. At corpus pecuniæ & ſimpl'r oĩa q̄
extra animũ noſtrum permanẽt pote
ſtatis noſtræ non ſũt. Principatũ quoq͛
acquirere in nobis nõ eſt: neq͛ eũ q̄tum
uolumus ſuare. In rebus uero quaꝝ na
tura eſt mõ haberi nõnunq̄ ãmitti pote
ſtatis noſtre eſt cum uirtute illas uel ac
cipere uel reliquere: quod quidẽ noſtrũ
ẽ & rationis eſſentiæ propriũ. atq͛ ut nõ
ſtulte cõſuefaciamus circa accidẽtia nõ
habere: ſed de eoꝝ ſtatuta ſequi quibus
oĩa. hũana determinata & ordinata ſũt
hic maxĩa ẽ noſtra vis: vt de rebus q̄ nr̄i

Nã

iuris non sũt: recte discernamus. Et ne harũ affectione uirtutem: quæ ex nostra essentia cõstat ammittamus. Quid igit̃ prudentia docet? corpore certe & diuitiis dũ nobis adsũt recte & bñ & ad v̾tutis auxiliũ uti. abeuntibus uero q̄d deceat quid ue oporteat ĩtelligerẽ. & aliis uirtutibus lætitiam lucrari. Sic enĩ & religionem erga deum: & iustitiæ modum seruabimus: si didicerimus superaccidentibus nobis rebus bene & recte uti: & ex prudẽtia terminos quosdam ponere iis quæ forte & sine ordine accidere uidentur. Virtus enim non seruaretur: si recta opinio animis hominum non insederet. Nam qui se sine ratõne regere cõsueuit: neq̧ diis obsequet̃ vt melioribꝫ: sed ut a Tyrannis uiolatus deponet̃: neque ĩueniet quomodo cõpus aut pecunias optime gubernet. Aduertere quidem potes quod qui omnino mortem fugiunt: aut cupide pecunias conseruare desiderant. necessarium esse eos magnas exercere iniurias & contumelias. blasse

mant enim & impia contra deos profi-
tētur: quos nihil præuidere dicūt. Qum
uero incidunt iis quæ imprudenter fu-
gerant uehementius aliis iniuriam faci
entes & omnium rerum congregatōni
ad eorum ut putant utilitatem studen-
tes. falsæ illorum opinionis manifestuȝ
fit dannum. hinc quidem magna mala
nascuntur. Iniustitia ad æquales: iniqui
tas ad superiores. Quibus malis is certe
purgabitur: qui his Pythagoræ uersibꝫ
persuasit prudenti iudicio fortiter mor
tem: pecuniarum perditionem mansu
ete & æquo animo feret. Ex quibus cau
sas ut iustitiam seruet ab alienis scilicet
abstinere: nocere nemini: neque aliorū
calamitates ad propriam utilitatem uer
tere: quæ nemo seruare poterit: qui mor
talem eius animum putabit: & qui īpru
denter sese consueuit haberē. Sola enim
cognitio & discretio quid sit ī nobis mō
tale quid quod pecuniis egeat: quid sit
uirtutem exercere & quæ ex eius exer-
citatione commoditas nascatur docet:

& cupiditatem ad exercendam uirtutē præbet. Ac diuinus quidam impetus q̄ ex cognitione & pudore sui ipsius prouenit ad acquisitionem bonorum diligentes nos facit. Nam & sermone & factis mensurare oportet. quãtum nos digni sumus. & quid alios deceat. Decoris enim seruatio firma ē iustitia. q̄ ob causam iustitiam ante alias uirtutes posuit: ut mensura rebus cõuenietibus fieret. factis & sermone inquit.
IVSTITIAM EXERCE. Non igit̃ in perditione pecuniarum: aut in mõborum doloribus blassfemabis: aut maledices: ut in sermone iniquitatem fugias: neque aliorum res surripies: neque hominibus mala & calamitates perquires: ut neque factis iiustus fias. Nam si animus noster iustitia circunseptus sit: decorum & debituз erga deos & homines seruabimus: ac iustitiæ optima mensura est prudẽtia: vnde post p̄ceptũ illd̉.
IVSTITIAM EXERCE. Subiũxit.
Neq; stulte te hr̃e circa q̄cq̄ consuesce:

tanquã iustitia sine prudẽtia subsistere non possit.nam illud certe est iustum quod perfecta prudentia circunscribit. Hæc enim est quæ circa nihil imprudẽter se gerit:sed considerat de mõtali cõpore:& de omnibus quæ ad eius necessitatem conferunt:atque omnibus uirtutem præponit & maximam comoditatẽ optimam rationalis essentiæ dispositionem confirmat:a qua ornantur & alia quantum fieri potest. Intentio quidem horum uersuum est præbere & ostendere quattuor illas uirtutes ciuiles auditoribus cum insomni obseruatione & decente in sermone:& operibus custodia qui uersus Prudentiam: Fortitudinem: Continentiam ac ipsarum ducem:& super omnibus aliis uirtutibus communiter inspicientẽ iustitiã exerceri hortãt & docent.

ILLVD AVTEM Pecuniæ quandoque acquiri quandoque ammitti consueuerunt. Probat ꝙ continentiam sequit liberalitas quæ uirtus in sumptu & cen-

ſu pecuniarum uerſatur: quas acquirerē & dimittere qum ratio dictat auaritiæ cauſas extrudit: & prodigalitatis. Omnia aūt hæc tāquā a fōte & primo prīcipio ab illo præcepto cui ipſius te pudeat procedunt quod in ſe ipſo inſitū habet illud aliud præceptū.

Cognoſce te ipſum

COGNOSCE TE IPSVM. Id enim in omnibus recte factis: & in iis quæ intellectu comprehēduntur præponi opōtet. Nam ſi nos metipſos non cognoſcimus: unde cōprehendemus ꝙ nobis conuenit ī affectionibus modum & mēſuram tenere: & ea intelligerē quæ ſunt. Incidit enim ſuper ipīs dubium. Primo an expleri ab hominibꝰ poſſint. Poſtea an illis quæ ea poſſident utilia fiant. Nā uiri boni conditio in hac uita peior & dēterior eſſe uidetur: ſi non accipit īiuſte unde accipere non decet: & ſumptus facit ubi iuſte facere decet: & quantum ad corpus ſpectat: tutus uir non exiſtit. nā neque ipē Rex eſſe quærit: neque Regibus blandimētis: aut ſeruiliter obſeqt.

Itaque ſi alia ſubſtantia ĩ nobis a uirtũ-
te adiuta non ſit:in uanũ diuitiis aut po
tentiæ intendimus. Quãobrem qui ani
mum noſtrum mortalem putant:ſi di-
cant ꝙ uirtutem ament aſtute potius q̃
uere loquntur. Si autem poſt mortẽ ni-
hil noſtri remaneret quod naturaliter
uirtute & ueritate ornaretur:ut ratõalẽ
animum eſſe dicimus. nullus cẽte appe
titus rerum bonarum purus & ſimplex
in nobis eſſet. Opinio enim ꝙ nihil ſen-
ſus nobis poſt mõtem remaneat omne
ſtudiũ uirtutis a nobis erripit:& ad cor
poris uoluptates quæcũq; ſint intrudit.
Itaque neq; prudentis eſſe:neque mode
rati hominis illorum ſententiam uide-
rat:ſi omnia uoluptatibus corporis non
tradente:ſed animus noſter ſemper re-
manet:qui ſi per ſe & ex ſua eſſẽtia nõ
eſſet:ſed quaſi ſuperaduenieẽs pars quæ
dam corporis fingeretur & fieret: nos
propter uirtutẽ corpus nõ traderemus.
Tunc enim una cum corpore animus ĩ
terieret. Itaq; nullo mõ eſſet uirtus cuiꝰ

Opinio

gratia mortem pleriqꝫ ſubſtulerũt: ſed a
diuis uiris ſufficienter oſtenſum & de-
monſtratum eſt: ꝙ animus ẽ immorta-
lis: & ꝙ per ſolam uirtutem ornatur &
reſplendet. nũc uero præſens præceptũ
concludẽtes ad ſequentia tranſeamus.
ſolum præfatis addentes ꝙ ut per igno-
rantiam exiſtentiæ noſtræ om̃e malum
ſuperaccedat: ita eius cognitõne: & reꝝ
turpium contentõne rationalis natura
ubiqꝫ decoruꝫ firmiter ſeruat & ĩuenit.
Hæc enim particulatim ṽtutum menſu
ra eſt. Na ſi ut ad r̃gulã quãdam ad exi
ſtentiã noſtraꝫ ĩſpexerimus: quod opõ
teat recta ratõe in om̃ibus inueniemꝰ.
apte & conſtanter eſſentiæ noſtræ uiuẽ
tes. Quicquid enĩ meliorẽ animũ facit:
ipſum ad bonam & uere conueniẽtem
uitam ducit: hoc certe uirtus eſt: & phi
loſophiæ lex. Ea uero quæ ſolum ad hu
manam pulchritudinem pertinẽt: illibe
rales doli ſũt & umbra quædã bonorũ:
quæ multoꝝ inanem laudem uenãtur:
quod qui exercent curam ſolũ habent:

ut boni uideātur: nō ut sint. Et hæc qui
dem de iis. At qui recta utitur ratōne ī
iis quæ uidentur sine ordine uitæ homi
num accidere non modo prudenter se
gerit: sed bene & generose cōsiderat eo
rum causas & ipā patienter fert. nihilq̧
cōtra illos obliqt̄ q nos gubernant si di
gne cuilib3 merita r̄tribuūt: neq̧ sil'libɔ
meritis oīs dignos fecerūt: q sil'r nō ui-
xerūt. quō enī fieri posset qum prouidē
tia sit & animus noster p essētiam īmor
talis maneat: & propria sua uolūtate ad
malitiā siue ad uirtutē īpellat̄: ut custo-
des legis q secūdū merita r̄tribuūt simi
lia non similibus reddant: & cuilibet ut
meretur fortunam tribuant quam qum
ad generatōnem homo procedit sortiri
dicit̄. Si igitur fabula nō ē quod proui-
dentia singulis merita tribuens sit: &
aīum nostrum immortalem esse mani
festum est: causā constituisse oporteret
infortuniorum ab eo proceder̄ qui nos
gubernat & regit: a quo difficilia curari
& integrari posse rō dabit. Si ī nobis ip

si igitur fabula
nō est 7

ſis igitur cauſas tantæ difficultatis & in-
conſtantiæ inuenerimus. Primo q̄dem
recto iudicio diminuemus ſuperueniē-
tes nobis erunnas: poſtea per ſacra com
pēdia & rectos monitus animum ad me
liora dirrigentes oīo nos ipōs erunnis li
berabimus. Qui autem ī malū aliquod
incidit & cauſam nō intelligit: neque ſu
ſpitionem ſuperuenientis ueriſimiliter
ſibi mali. homo ē qui circa omnia īpru-
denter ſeſe conſueuit habere: quē oratō
damnabat. Eum enim qui ueritatē cau-
ſæ diligēter nō inquiſiuit neceſſe eſt ꝓ-
prium & ſuū crimen ad deum trāſferre
uel quod omnino nō ſit: uel ꝗ noſtri re
cte curam nō habet: quæ opiniones nō
ſolū ad maleuiuēdum nos inducūt: ſed
ad oīs dolos animū noſtrum ſollicitāt.
eumq̄ eius eſſentiæ cura priuat: qum p̄
ſentiū calamitatum cauſas nō ītelligat:
dꝫ q̄bus q̄uo philoſophari oporteat. ſub
ſequētes uerſus audi.
MVLTAS Homines ex cæleſti fortu
na patiunť calamitates.

QVODCVNQVE igitur fatũ hẽs hoc æquo aĩo:& nõ ægre feras:
CORRIGERE enĩ & reintegrare quã tum potes oportet:
NON Magnam partem calamitatum bonis Deus tribuit.

Nte aliam expoſitõnẽ illud pſci rẽ oportet ꝙ calamitates nũc ap-pellat laborioſum & durum huius uitæ noſtræ curriculũ:ut eſt mõbus:pauper tas:cariſſimaꝝ rerum perditio:dedecus in ciuitate.Hæc enim moleſta & ĩcom-poſita ſũt in hominum uita:non tamen oĩo mala:neqꝫ ipſi animo nocẽt:niſi ho rum cogitatione ad uiciũ labetur:quod male opinando accidit ſi ipẽ animus no luerit rẽcte & prudẽter ipĩs uti:ut ẽ ſani-tas: diuitiæ:potẽtia.ſit enĩ ſæpe ut hæc aliqs ægre & hoꝝ cõtraria morbũ paup tateꝫ:imbecillitatẽ æquo animo alius fe rat.Ea enĩ quæ omnino mala ſũt ex uo lũtate peccata oriũt̃ quoꝝ natura ñ fert: ut uirtus eis adiungatur:ut ſunt iniuſti tia:luxuria & alia quæcunqꝫ boni adiũn

ctionē non capiūt. Nulli enim horum recte adiūgi potest hoc uerbum bene: absurde quidem diceretur iniuriatur bē ne. Luxuriatꝰ bene: ut de malis exteris dicitur morbum bene: pauperiem patiꝰ bene: quoniā prudenter & recta ratōne talia quispiā fert. Vitiis uero animi non superadditur bene: quoniā recte ratōni aduersantur: quæ qum naturaliter aīo hominis insit: eam ipse animus affectio ne obcæcatus nō uidet. At ꝙ recta ratio animis hominum īsit: satis probat ꝙ ho mo iniustus ubi non nocere sibi credit iuste iudicat. & luxuriosus abstinet quā doꝗ a uenereis & omnino uitiosus uir ubi nulla sibi affectio ē: iis quæ sibi sup- ueniunt recte utitur. Itaꝗ uitiosus si pri orem malitiā rliquerit: ad uirtutē tradu ci potest. Reliquerī tam̄ etiā oportꝫ ratō nē nō rectā: ne hæc ita sibi maloꝝ prin cipiū esset: ut recta rō prīcipiū fuit ṽtu- tis. pōt enī rcta ratō tanꝗ̄ lex ī ciuitate: ea quæ secundū ipsā & quæ præter ipsā peraguntur discernere & determinare

Animis hominū inest recta rō

& aliqua accipere & probare: aliqua cõpescere & moderari. Itaque nihil decet quod ad uitia principium præbeat: siue illis insitum sit: siue malefaciendi causã tradat. Ad uirtutes uero principiũ maxime inuenire conuenit. quod quãdoq; semotum est a rationalibus existentiis: ut est Deus. quãdoque ipsis ĩsitum & p substantiam cuncta actione gubernãs ut est recta ratio: quæ quidem est malorum discretio & diuisio: quorum aliqua non per affectionem: sed cælesti fõtuna hominibus tribui dicit: quæ nũc in nobis sunt: quæ postea uitia uolũtaria subsequuntur. calamitates enim hominibus insistentes: ut diximus ornamentum a uirtutibus accipiunt. Nam parcus uiuẽdi modus paupertatem ornauit. & humilitatẽ generis prudẽtia magnifecit: & natorum mõtem iustus æquo animo tulit: qui recte dicere potest: mortuus est mihi filius. redditus igitur est quem reddi opõtebat. noueram equidem mortalem illum fuisse. Similiter & omnia

Parcus uiuẽdi Modus

alia quæ uirtus suo splendore amplecti
tur fiunt pulcra. deinceps inquirẽdum
ẽ quæ sit fõtuna cælestis a qua homines
calamitates capiunt. Nam si diuinum
iudicium alteri diuitias: alteri pauperta
tem tribuit cælestem hoc uoluntatem
uocare decebat: non fortunam. Si vero
nihil talibus superstat: sed ut forte & ca
su accidit: alium fœlicem & fortunatũ:
aliũ ut aiũt ĩfœlicem & male fortunatũ
esse fortunã solũ oportebat hoc appella
re: & non cælestem fortunam. Si autem
secundum merita cuilibet cõueniẽter:
aut præmia: aut pœnas retribuit procu
rator nostri Deus qui causa ipse non ẽ:
ut boni: aut mali simus. retribuere uero
merita secũdum leges iustitiæ solus po-
test apte coniungens: cælestem fortunã
iudicii sentẽtias appellauit. Nam quod
ex intellectu Dei iudicium procedit sẽ
tentias ipsas cælestes & ĩtellectuales no
minauit. quod uero propria uoluntate
cõtra quẽ iudiciũ fit deturpat̃ & ob hoc
digne calamitates patit̃ adiũxit fõtunã.

quoniā non prīcipaliter aut hic:aut ille ut puniatur aut honoretur deo subiicitur:sed quia bonus aut malus sit cuius rei causa in nobis est. Complicatio igitur & commixtio uoluntatis nostræ & illius iudicii fortunam gignit. Itaque totum hoc diuinū iudicium super malis facinoribus est cælestis fortuna:& sic īducit uocabulorum quandam artificiosam inuentionem sic appellans diuinā substātiam & nostri animi potestatem. Itaque calamitates hominibus:neq; a fato:aut prouidētia omnino eueniunt:neque forte aut casu: neq; omnis hominū uita in eorum uoluntate ponenda est. Sed ea quæ nos peccamus ad uolūtatem nostram referrī oportebit. Ea uero quæ pro sceleribus secundum legem iudicii sequntur ad fatum. Omnia uero bona principaliter a deo data ad prouidentiam referenda sunt. Nullam enim rerum omnium quæ sunt quæq; fiunt causam uanam:aut fortuitam esse putādum ē: nisi forte p cōcidētiā & cōiūctōem eorū

q̄ ꝓcedūt a prouidentia fato:& uolūta-
te prīcipaliter agētibus: quæ ꝑ cōseque-
tiā uidet̄ accidere primis opātibus cāis:
ut exempli gratia. Iudex homicidā pu
nire intendit:& nō hūc hominē. Punit
tamen eū quem nolebat. quotiēs ille ho
micidæ conditionē accepit. Itaque prin
cipaliter sentētia contra homicidā fert̄
per cōcidentiā uero cōtra hūc hominē
quoniā sua ductus uolūtate homicidæ
conditionē accepit. & e contra. Homo
malus interficere intēdebat:ac pœnam
dare nolebat. Itaqꝫ prīcipalis interficien
di dispositō est homicidæ tāquam a uo-
luntate & potestate eius dependēs ac ꝑ
concidētiā hanc malā animi dispositō-
nem & uolūtatem se torturæ & cruciatꝰ
quorū omniū causa est lex:quæ iudici
malos puniēdi uolūtatē imponit & ho-
micidæ supplicii sentētiā adiungit. hoc
& in diuina præstātia considera. uolun
tas humana mala operari intēdēs & uo-
luntas iustorū Iudicum malefacta omī
īdustria corrigere studētes tali cōcursu

Iudex homici
dam rf

cælestē perficiunt fōtunam per quā qui
mala cōmisit taliū pœnarꝝ dignus fit. nā
cupiendi mala ad potestatem ipsius cō-
tra quē iudiciū fertur: ac ꝙ digna seqͭ
pœna ad disciplinam iudiciū quæ legem
suat causa referenda ē. hæc lex cōducit
quæ ordinata est ut quantum possit bo
na sint omnia: malū nullū hæc ĩ bonita
te Dei consistens non permittit malos ĩ
punitos esse: ne diu uiciū ĩ mētibus ho-
minum perseuerās: ad id: eos ĩpelleret
ut bona omnino nō intelligerent: quo-
rum recordationē necessariā pœna a iu
dicibus illata tradit. Coniungit igit lex
ut dictū est eos qui naturaliter iudicare
debent cum iis contra quos naturaliter
etiam iudicium ferendum est & ꝑ utros
que propriū conficit bonum. Si enī da-
re pœnam utilius est q̃ nō puniri: & ad
correctionem malorum pœna spectat.
manifestum est ꝙ hæc duo genera apte
lex cōiunxit: aliud ut iuuet: aliud ut iu-
uetur: atqꝫ id quod punit illi qđ punit
anteposuit: quia legem seruat: id uō qđ

peccat & iudicatur: quia legẽ frãgit: me
liori tradit generi: ut illũ digne tractet
& legis reminiſcatur: & eam quãdoque
intelligat per quam male patitur. legem
enim quam malefaciendo homines ode
runt malepatiendo cupiunt & amãt: ut
is qui iniuriã alteri facit deum eſſe non
uult: ne dando pœnam tanquam Tãtali
lapidem impendẽtem ſubſtineat. is ue-
ro cui iniuria illata eſt Deum eſſe uult:
ut in iis quæ paſſus ẽ auxilium habeat.
Quãobrem qui iniuriam intulerunt: ĩ-
iuriam patiantur oportet: ut quod dum
malefaciebant lucri cupiditate affecti ñ
ĩtellexerunt: pauperiei dolore correcti
ſi pœnas dederint patiendo condiſcãt.
Si autem duritia & immanitate uolũta-
tis in ſceleribus perſeuerãt ipſi forte nõ
multum iuuatur. Exemplum nihilomi
nus ut corrigantur maxime fiunt iis q
ſapiunt: & qui cauſas harum calamitatũ
intelligere poſſunt. hæc iudicii prĩcipia
potiſſima eſſe accipimus bonitateꝫ Dei
legem ab ipſa procedẽtẽ bonitate rectã

ratõnem quæ in nobis est abiectam & uiolatã & ut quendam deum nobis domesticum postergatã & spretã. Effect9 quoq; iudicii calamitates: ut dicit hæ sũt quæ durum nobis circa corpus & extra miseram faciunt uitam: quas patienter ferre præsẽs uult oratõ & memoria causas ipsarum tenere: ac quantum fieri potest quæ nociua uidentur diminuer̃: & ad utilitatem transferre & præcipue diuinis bonis se se per summam uirtutem dignos præstare: quod si nõdum hoc in uolũtate sit. hoc est per summã ṽtutẽ diuina ac ciuilia bona per mediã uirtutẽ adipisci oportebit. hoc autem est quod dixit calamitates æquo animo ferr̃ opõtere: atque eas quantum fieri potest corrigere & sanar̃ quæ cõrectio & sanitas: certe ea omnia quæ dicta sũt: quibus & calamitatum ex ratione procedens uoluptas: & compendiosa curatio demonstratur. Sed omnium dictorum caput ẽ intelligere deum: quia legũ lator simul & iudex existit: bonorum semp factor

Equo animo f

est:& malorũ expulsor est:quo seqtur nullius mali Deum esse causam. Vitiosos uero proprio impetu & potestate rectæ quæ in ipsis est rationis oblitos:lege quæ maloꝶ expultrix ut malos & ut homines quia lex eorum male uolũtati adiungitur quam fortunam uocamus.nõ enim simpliciter lex hominem punit: quia homo:sed quia malus. Nam ut malus fieret ob causam suæ propriæ uoluntatis euenit. Qum autem in scelera cecidimus:quod in nobis erat & non ĩ deo. tunc damus pœnas quod in lege non in nobis ē. Intentio autez sola legis est quæ deuz decet:& nobis prodest malitias abscindere & purgare homines uariis pœnarum correctionibus ac animum qui iam ad uicium deciderat reducere ad rectæ rationis memoriam. Sic igitur consistente lege & eadem semper dicente & affirmante quilibet id quod meretur aliud:atque aliud aliquando committens non semper eadem patitur:nõ enim id iustum esse nec nobis utile. Nam illius

Nullius mali ↄ

Lex hoiez

contra quem iudiciũ fertur mutatio iu
dicii mutationem facit. quo pacto enim
eadem merebitur is qui in eadem sentẽ
tia & in eodem exercitio nõ mãsit æquo
animo: igitur cælestem fortunam pati
oportet. Et si quis pœnas dederit ñ ægre
ferre. Nam diuinum iudiciũ purgat ho
mines iis uitiis quæ impedimẽto esse ui
dentur ad fœlicitatem humanæ uitæ. ta
lis enim consideratio correctio quædã
& sanitas ante commissorum fit: & re-
ductio ad rectam quæ in nobis est ratõ
nem. Quo pacto enim is qui intelligit
scelera & uitia parere calamitates nõ fu
giet causam eum ad illa trahentem: ac
si infortuniis tristari & dolere oportet
magis pp ipsũ oportere putabit: q̃ pro-
pter Deum qui peius ut ĩstrumẽto usus
malitias corrigit & expellit: quibus rebꝫ
reminisci & intelligere possumus. quan
tum utile nobis erat a legibus Dei nõ di
scedere: neque uoluntate nostra impul
si malefacere. Non enim forte aut casu
calamitates hominibus distribuuntur:

ſi Deus & termini iuſtitiæ nõ ſuperſtã
tes ut merentur ſingulis fatũ inferunt:
Quãobrem a calamitatibus magna bo
na rationabiliter naſcuntur. Primum q
dem ipſas: homines manſuete ferunt:
quia diuĩo iudicio ſatiſfit: & propter uir
tutem quam iam poſſident: qua mole-
ſta faciliora fiunt & bene de futura ui-
ta ſperatur nequaquam talia nos turba
tum ire: ſi nobis qui boni facti ſumus p
ſummam uirtutem diuina offeruntur:
per mediam humana. Poſtea ſanemur
ex hoc maxime quia æquo animo talia
ferimus uias & modos quibus ab ipſis li
beremur breuiter addiſcentes. fieri pro
fecto nullo modo poteſt: ut ii qui proui
dentiam & iuſtitiam ſuper inſpicere hu
mana negant ſacris ut ad Deum decet
precibus utantur quique etiam putant
animum noſtrum qui immortalis eſt ta
lia non ſortiri ex iis qui extra animum
ſunt; qualem ipſum ex uoluntate & cõ-
motione noſtra dignum præſtabimus.
Qui enim ad ſuperius dicta præſentez

fōtunam non refert: unde causam & ip
sam æquo animo & mansuete ferat: aut
curandi artem accipiat dicere non po-
test. nam ī nobis ipsis ut pacato animo
simus medicinam inuenire non possu
mus. qum ex ipsa re fugienda esse uide
antur: quia calamitosa & laboriosa sūt.
Talia enī natura nr̄a non īmittit: ut ob
hæc accepta: aut nō accepta bonū aliqđ
expectemꝰ. quꝫ calāitates illas ferimus.
necesse igitur erit turbari & ægritudīe
impleri: & calamitatem extēdere ob no
stræ essentiæ ignorantiam: & nihilomi
nus dare pœnas: is uero maximam sibi
acquirit malitiam qui Deum ignorat: &
humana non recte curare putat. hoc q
dem est Deum esse non credere: uel si
fuerit nō prouidere: uel si prouiderit ne
que bonum neque iustum esse: quæ iam
om̄is perfidiæ sunt prīcipia & ad omne
malitiæ & uitiorum genus trahentia eū
qui talibus est captus opinionibus nam
ut religio omnium uirtutum mater est
ita a religione discessio omnium uitioꝝ

Nam cx

Dux. horum uero salubrem curam is solum īueniet qui æquo animo calamitates ferre didicit: ac doctrina solius est philosophiæ: quæ rerum omnium essentias penitus cognoscer̄: & opera quæ ipsas essentias sequntur: quorum connexio & series est ipsarum rerum omniū ministratio a qua cælestem fortunam

Meritū cf

trubui necesse est. Meritum autem cuilibet distributum est: quod nūc fatum appellamus. idque a prouidentia Dei a rerum serie & hominum uoluntate dependet. Nam si diuina prouidentia nō esset in mundo: series & ordo nō esset: quem forte quis fatum uocare potest: quæ si non essent iudicium & pœna uitiis non fieret: immo neque meritum: neque beneficiorum laus. Prouidentia uero & rerum serie existentibus oēs homines qui nunc gignuntur: oportebat æqualium bonorum participes esse. si ipsi ex se nihil fecerunt propter quæ similes non sunt. uidentur tamen non similia sortiri. Manifestum igitur est ꝙ

uoluntatis nostræ iniquitas prouiden-
tiæ iudicio supposita non permittit si-
mile ipsis fatum distribui: si necesse est
bona malaque pro ut meremur nobis ĩ
ferri: nec conturbet nos quod ĩ anima-
libus brutis & in arboribus: & in iis quæ
anima carent idem quod in hominibus
accidere uideatur. Non enim ob hoc ea
quæ nobis adueniunt sine prouidentia
sunt. si aut illis hæc ut forte accidit eue-
nerunt: aut iustitia & iudicio & uirtutis
& malitiæ rationes in illis uigeant: qum
ĩ nobis diligenter & uere sic: ut dictum
est. Quæ ueniunt: distributa sunt. Pri-
mum ea que Anima carent : Sic posita
sunt: Vt communis materia arboribus
& brutis animalibus & Hominibus: at-
que aliqua ex animalibus cibus fiũt cõ-
muniter brutis & hominibus qua in re
bruta animalia cum hominibus simili-
tudinẽ aliquã adiuicẽ habere uidẽt nõ
ꝙ secũdum eoꝝ merita patiãt: sed qđ si-
milẽ famẽ similẽq; morbũ curẽt. & eoꝝ
ĩdigẽtiam ĩplẽt undecũq; possĩt. Itaq; cã

Nõ enim ꝙ

quædam ĩfœlicitatis aliis animalibus esſe uidetur noſtra indigẽtia: quæ ſibi ex omnibus pro ut eueniunt ſatiſfacit: atque id quod illis cauſa fœlicitatis eſſe uidetur: nobis paſſionem aliquam ĩfert. Si igitur ſuperioribus dictis alios nobis meliores eſſe monſtratum eſt: ſic illi ad ſatiſfationem eorum indigentiæ nobis abuterentur: ut nos brutis uidemur: ut mortales illos eſſe opõtebat fateri: & hominum cõpora pro illorum indigentia conſumata eſſe uiderentur: certe nihil quod homini præponitur mortale erit: qum ex omnibus generibus quæ ratione utuntur: ultimum ſit hominum genus: & ob hoc immortalis homo ad mõtale corpus noua conditione accedit: ſibique inſtrumentum accipiens brutis conſanguineum in terris uerſatur. Itaque nihil omnino erit quod noſtro ĩfõtunio ad ſuam epulatõem abutatur. neque qđ nobis ſine ordĩe ĩpletõis cupiditate ueſcat. Iuſtitia uõ & ordo q̃ diis immõtalibꝫ nobis melioribꝰ exiſtit: ĩ miõs

& leges circa nostram gubernationem
ponit: ut uiam & modum inueniamus:
quibus malitia nostra diminui possit: &
quibus ad illos redirẽ ualeamus. nos enĩ
illi ut cõsanguineos decidentes curant.
unde pudor: accusatio: dedecus a uitiis
depellens solos homines recte ad uirtu
tes reducere posse dicuntur. nam ratio
nali solum animali a natura datum est:
ut iudicium & iustitiam ĩtelligat. Qum
igitur magnis terminis a brutis distemꝰ
magna differentia in rẽgimine: & mode
ratione uiuendi ab illis differrẽ debemꝰ.
Commensurata enim est omnium rerꝫ
essentiis prouidentiæ lex: & ut singula
ab opifice Deo statuta & facta sunt sic a
prouidentia meritum accipiunt. Nam
ut Platoni & Pythagorico Thimæo qui
nihil mortale a Deo accurate creari pu
tant uidetur: Deus singulis animarum
humanaruꝫ superest. In brutis vero so
lum rerum genera naturæ protendit:
quæ res ipsas postea facit & fingit. Ac
aĩas hominũ ex ipsius Dei creatõe fieri

& gigni: ut cæleſtes Deos: ut dæmones: ut heroes claros. Quãobrem unicuiq́ue hominum prouidẽtia eſt quo pacto ab aliis abſtĩeat: quo ue ad alia ĩclinet: quo modo hic uerſetur: quo uenum ad aliũ locum ſe transferat: quorũ nihil de anima bruti excogitar̃ aut negociari decꝫ. Neque enim quia non poteſt ad deum accedit: neque in terris: ut planta cæleſtis: neque aliquod ſimile ſibi aſtrum referri naturaliter poteſt. Et hæc quidem ĩ pñti dicta a nobis ſit hũanos caſus & calamitates ægre ferẽtibꝫ: & iis q̃ nihil omnino a prouidentia regi oſtendere & ꝓbare conãtur. Quibus & hæc etiam apte dicerẽtur. Pacifice & æquo animo dura & ea quæ difficilia ſunt ferẽdo humana uita ratione regi uidetur. & in preſẽti dura illa & difficilia faciliora & leuia fiunt & infuturum ſaluteꝫ pariũt. Qui uõ ob ĩfœlices caſus magna & uehemẽti ægritudine afficiuntur. quid auxilii ſibi afferunt: niſi ꝙ per impietatem quæ õmnium malorũ maximum eſt. erunnarũ

aliquid super adiungunt: & ipās calamitates īdignas atq; īiustas sibi putātes difficiliores sibi faciunt. Nā qui ægrotat si morbum ægre fert. ob id ipsū quod nō patiēs ē: uehementius ægrotabit. Quarē dolore nos ñ decet si digna ꝓ facinoribus retributio nobis datur ne per nefādam in præsentibus impatiētiam ægrotatiores habitu fiamus. Consideremus etiam istud & hoc modo. Si quis in paupertatem deueniens mansuete illam & nō īiquo animo ferat. ex hac animi moderatōe solamen uitæ aliquod īueniet: Ratio enim moderati rēgiminis hāc primum sibi facultatem acquiret: ꝙ mœrore non confundetur. qum etiam ꝙ proximi magnam eius patientiam admirātes ipsius uitæ necessitati q̄tum poterūt auxiliabuntur. Qui uero casus humanos ægre fert & effemīate luget. Primū quidem sponte dolorem sibi & ægritudinē augmētabit: qum deditꝰ ꝑꝑ paupertatē mœstitudini īpotēs oīo fiet. neq; ex se sibi suppeditarē aliq̄d potit nʒ a ꝓximis

Si quis pauper tatem ...

adiutus erit: nisi forte quis misericōdia motus aliquid sibi largiatur quod etiam homini in tanta indigētia existēti mœrorem augumētat. Quasobres caūs humanos æquo animo ferre oportet. & eorum causas ratōne cogitātes & ītelligētes quātum fieri potest: a peruersis opionibus ad salutē nos deduci oportebit.. Nam prouidentia existente qui bonos nunc factus est non negligitur etiam si trahatur ab antiquæ uoluptatis memoria qum in acquirendo uirtutes. in acqsitione ipsarum profugit & salutem & auxilium a se ipso erunnarū sibi affert. nam a ꝓuidentia liberationeꝫ molestiarum capit. Vitia enim nostra calamitates concipiunt: ac Dei iudicium prauitatem punit quibus oportune iterū mūdamur: si nostra uirtute & lege prouidētiæ nostro impetu ad bonum proficiscētes a malis absoluimur. hæc quidem sūt q̄ ex sētētia hoꝝ uersuū ad uirtutis confirmatōem & fōmā cōferētia accipe possumꝰ. cōtinēt enim de ꝓuidētia: de fato

de nobis ipſis uerissimas ratōes. p q̄s id quod uidetur difficile & durum propter inconueniens: direxit & r̄ctificauit oratio. & ante omnia probauit deum nullius mali cauſam eſſe: Si quis aūt hæc prioribus adiunxerit: una & oīmibus oſtendetur ſententia quæ æternitatem animi cōfirmat. nam iuſtitiā exercere: & forti aīo mori: & in pecuniis liberalem eſſe: illud maxime reſpicit ut dictum eſt: anīmum ſilicet cum corpore una nō īterire. At ut cæleſtem fortunā manſuete feramus & ut ægri ſanari poſſimꝰ: ut paulo ante apparuit opus eſt putar̄ & credere animū noſtrū nō una cū corpore gigni. Ex quibus duobus manifeſte oſtenditur animū aliā q̄ corpus ſubſtātiā habere quæ per ſe exiſtit & æterna habet. nō enim poſſibile ē: ut aliqd qđ aliquo tēpore ī generatōe3 venerit ꝑpetuo maneat & duret: & ſimili modo id quod ab æterno ſubſtantiam accepit: corrumpi non eſt poſſibile. Si igitur poſt cōporis corruptionē humanus aīus ꝑmanens &

durãs iudicium & pœnas patitur :& eo
rũ quæ in uita exercuit cõdigna merita
accepit neque fieri potest ut semper p
maneat & duret qđ in tẽpore fcũm fuit
Manifestum ẽ animos hominum ante
hoc per omne tẽpus substitisse:& sic ex
creaturis æternis quas opifex deus fecit
aĩ hoĩnũ eẽ ĩueniũtur q̃ ob causam illis
aliquid diuinæ similitudinis inest. Sed
qum hoc mediocriter ꝑ ingenio expla
nauerimus.tempus iã est reliqua consi-
derare.

MVLTI hominibus sermões ĩterueni
unt timidiq; & bõi:qbꝫ neq; obstupeas:
Neq; te ĩplicari ꝑmittas: Ac si qđ men-
daciũ dicatur dulciter cede.

Vmana uoluntas quæ neq; ĩ uir-
tute semper:neq; ĩ uitio persistit
uerba per uocem proueniẽtia:modo bo
na:modo mala ꝓducet similia diuersæ
dispositioni uoluntatis suæ. Quãobreꝫ
sermonum aliqui sũt ueri: aliqui boni:
aliqui mali:aliqui falsi:quæ quidem dif
ferentia artificiosa eget discretione ut

bonos suscipere: malos depellere possi-
mus. & neq̄ oīo sermones oñis propter
mendaces oderimus: neq̄ omes īdiscre
te propter ueraces suscipiamꝰ. nam qui
nullum audit: bonæ oratōnis auditōne
se priuat. Qui uero indiscrete omes au
dit: occulte a mendacibꝰ offendentur.
Audiamus igitur libenter aliorū oratio
nē: sed cū alacri iudicio: ut audiendi uo
lūtas ome ſmonū genus capiat. Iudiciū
autem peiores depellat: & sic Pythagori
cū seruabimꝰ præceptū: neq̄ pp prauos
sermones obstupeamus. neq̄ bonos: qa
sermones sunt similiter ut praui sint ui
temus. Primum quidem ea ratōne am-
plectimur: quia sūt sermones: sed qa ue
ri. neq̄ alii ea ratōne spernunt quia ser
mones: sed quoniā mendaces. Præterea
audacter dicere possumus eos esse solū
sermones qui ueri sunt. hi enī dūtaxat
ratōnalis substātiæ dignitatē seruant: &
ex animo ad optimū intēdēte & ꝓprius
ornāmētum possidēte proueniūt. Falsi
uero sermones nequaq̄ sermões habēdi

ſunt. Ad malitiã enim & falſitatẽ ferũt. & uerborum nobilitatẽ perimũt. & ſũt uoces animi ſine ratõe: & cõturbati: neque omẽs ĩquit igitur ſuſcipias ne & falſos. neque omnes depelle ne & ueraces. utrũque enim uitioſum eſt. bonos. ſ. æq̃ odiſſe ut malos: & falſos ſuſcipere propter ueros. Oportet igitur bonos laudare: eoſque accipiẽtes exercere. & inquirere ubi & quantum ueritatẽ attingunt Ad repugnãdum quoqꝫ falſos ſermones uires accipere quæ ab artificioſa ratõne prouenięntes: ueritatem a mẽdacio recte diſcernent: & quæ mendaces ſermones reducere ad ueritatem poſſint: quod quidem nõ ſuperbe: aut inrituoſe faciendũ eſt: ſed manſuete ueritatem ſequi debemus: & ſuaui reprehenſione mendaciũ amouere & depellere: & ut ipſe textus dictat. Si quod mendacium dicatur humiliter credere: nõ ita tam̃ credere opõtet: ut mẽdacio aſſentias: ſed ut ſine ira & cõturbatione ãi audias. nam dulciter cæde. nõ ita intelligendũ ẽ ut mẽdacio

āſſentiamus:ſed ut patienter audiamus
& non obſtupere ſi qui homines inutili
ter a ueritate deuiarint. ferenda enī ho
minis conditio eſt:ſi in tanta opinionū
reuolutione:quādoq; cōmunem intelle
ctum nō recte ſequatur.nihil mirum ī-
quit ratō:ſi homo nihil ueritatis ex ſe ī
ueniemus:neq; ab alio addiſcens in hāc
ſuſpitionē inciderit:ut opiniones ueri-
tati contrarias accipiat.Contrarium q
dem potius mirari deberemus:ſi neque
didicerit quis:neq; inquiſierit aduenies
caſu & fortuna ueritati:ut deo cuidā ex
tragœdia apparenti obuiaret. Oportet
igitur patienter eos qui mēdacia loqunt
audire.& experiri quibus malis libere-
mur ſi ī cōmuni hominum cōuerſatōe
iiſdem paſſionibus:vt illi ſuppoſiti auxi
lio & beneficio diſciplinæ contrarii illis
fiamus .Multum profecto conducit au
dentia & magnanimitas quam ex diſci-
plina capimus:ut æquo animo & man-
ſueteſimus.nam bene īſtitutus animus
ad repellendum reuolutōnes ueritatis

fz

pacifice mendaces opiniones feret:tāq̃
in ipsa ueritatis contemplatōne quicqd
uerum nō sit excogitauerit & intellexe
rit:quid hunc igitur tanq̃ hoc īsolubile
foret conturbabit.viro aūt forti opinio
nem hæc disciplīa subministrabit q̃ cau
tionē cōtra oīe mendacium accipiet.
nō solum igitur bene īstitutus uir tran
quilitatem animi ex morali uirtute ac-
quiret:sed quia talibus pugnis resistere
audebit. Et hæc quidem dicta sint de di
sciplina iudicii & discretōnis: ergo ser-
mones. de habitu uero hominis qui neq̃
quam decipi possit queꝗ magistrum ui
tæ habere oportet statim subiungit.

QVOD TIBI dico in oīi re pficias.

STVDE VT nemo te uerbis decipiat
aut facto.

NEQVE ID loquaris tibi quod non
utile fiat.

Oc præceptum oīa respicit.æq̃
le enim est superius dicto. Nūq̃
turpe aliquid facias solus.neqꝫ cum alio
atqꝫ tui ipīus ante oīa pudeat. Qui sui

pudorem habere didicit neq̃ ĩ ſolitudi
ne neque in ſocietate turpia facere pati
etur: ſed cogitatõnem etiam ipſam tur
pitudinis uitabit propter ratõnem quæ
ſui cuſtos eſt: & quam ſecum habet. hic
certe ẽ qui facile huic præcepto obtem-
perabit. Nemo te uerbis decipiat aut fa
cto. Is ſolus enim decipi aut fraudari ul
lo modo nõ poteſt qui quãtum dignus
ſit: quantum mereatur intelligit: quiq̃
neq̃ blanditiis circũuentus eleuatur: ne
que minis deprimitur: hoſtes uel amici
quæcunq̃ horum proponãt. nam qum
nemo dicitur omnis perſona comprehẽ
ditur: pater: tyranus: amicus: inimicus.
modi uero quibus homines deducunt:
uerbis tractantur aut factis. & uerbis q
dem aut blandientibꝰ aut minantibus.
Factis uero munera: uel pœnas pollici-
tantibus. Ad quæ quidem omnia recta
ratõne ſeptum animum habere opõtet:
ut neque uincatur neque flectatur a qui
bus cunq̃ nobis extra incidentibus: quæ
uoluptatem nobis afferant uł dolorem.

Ratõ enim quæ in nobis eſt:continenti
am atq; fortitudinem utrinq; animo no
ſtro conſtituẽs adamantinos cuſtodes:
ita nos ſeruabit:ut neq; ſuaui aſſentatio
ne:neq; timiditate formidoloſorum de
cipi poſſimus:quibus rebus ſumma ui-
get iuſtitia quam ſuperius facto & uẽbo
exerceri præcepit. Sic enĩ nemo aliquo
modo nos inducet ut quicquã aut dica-
mus aut peragamus:quod rectæ ratõni
conſonum non ſit.nam ſi ante omnia
nr̃i pudeat: maĩfeſtũ eſt ꝙ nemo nobis
reuerẽtior aut formidoloſior erit:q̃ nos
metipſi ſumus:ut nos ultra q̃ opportu-
num ſit ad dicendum:aut faciendum ꝓ
uocare poſſit.utrunq; enim animo no-
cet:ac quicquid animo nocuũ ẽ:nobis
fit ĩutile:qum nos ipſe animus ſimus dĩ
ligenter quidem illud intelligendum ẽ
comprehendens qualis proprie tu es.Si
enim ia quod dictum eſt . Nemo te fa-
ctis aut uẽbis ĩducat:ut quicq̃ faciat aut
dicas quod tibi utile non ſit. Tu uero es
ratõnalis anima:nõ permittes ſi ſapiẽs

fueris:ut aliquis tibi ratonali substãtiæ existenti noceat.tu enim es anima.hæc uero corpus:hæc extra corpus.ex q̃ quidem differentia comprehendas has naturas commisceri non posse:& quæ sit humana substantia inuenies:nec unquã corpus:& ea quæ extra corpus sunt cum iis rebus quæ perpetuo sunt pones:neque pro ipsis tanquam pro rebus tuis certabis nec a uoluptatibus cõporis & ab auaritia traheris:nam omnino qui sumus ignorantes:quam rem maxime curare debemus ignorabimus. Quippe qui circa res omnes alias curatiores sumus:q̃ circa nosmetipsos:pro quibus diligentiam uehementissimam nos habere oporteret. Si autem id quod corpore utitur ẽ anima.corpus autem instrumenti uicẽ erga ipsam tenet:instrumẽti quoque causa:alia ad auxilium naturæ fluentis ipsius cõporis ĩuẽta sũt. Manifestum q̃ prĩcipalioris & primi primam & principaliorem diligentiam & curam habere opõtebit. Secundũ uero secundi. Quãobrẽ

vir ſapiens corporis ſalutem non negli
get. non ꝙ prĩcipalius cõpus putet: ſed
illud nutriens ad ipſius animæ neceſſita
tem: ut in ipſius exercitiis ſiñ impedimẽ
to obtemperet & obediat: & poſt ſecun
da curabit ea quæ tẽtõ loco ponẽda ſũt:
præparabit quoq; ea quæ extra ſunt ad ĩ
ſtrumenti ſalutẽ. Curabit igitur primũ
animam: & quaſi ſolã: ſi cura quam cir-
ca res alias habemus ad perfectõem ip-
ſius ſpectat. Quicquid enim præter uir
tutem fit: hoc tibi utile non eſt. nam illi
cui ſolum ueritas & uirtus opitulatur:
cui uirtus utilitatem affert: quicquid p̃-
ter uirtutem fit: affert dãnum. Qui er-
go dicit non oportere a uirtute diſcede
re conſulit: Vt decoro Virtutem cir-
cundes qui ita cuſtodiat: Vt neque ope
ribus neque uerbis ad peiora quiſpiam
inducere poſſit: Veluti ſi minas Tyran
nus proponat: Aut ipſas re firmet: Aut
pœnis uim inferat: aut amicus aliquis fa
miliaritate dolum occultans te ab uti-
litate animi dimouere conetur. Sed nõ

decipieris quidem si quæ sit existentia tui intelligens Vehementer intenderis:ut illi cui naturaliter assimilaris similis fias. Ac quicquid ab illius similitudine te deuiat:maximam tibi iacturam putes illud enim nobis maximum dannum affert.quod nos a similitudīe Dei abducit:& e contra id nobis utilissimuꝫ ē:quod ad talem similitudinem nos cōducit. Quid igiť nos abducet? quis poterit nos a philosophia & similitudine dei distraheř? pecuniarum ne acquisitō? an perditio? sed recta rōe didicimus & adipisci eas:& perdere? & instabilitas earū possessionis nos non latet. Quid? nōne hic pecuīas uirtuose acquiret? & magnanimiter illarum perditōnem patietur? ab eo qui non habet pecunias Fur non surripiet.naufragium sibi illas non auferet.quot quot aliæ uiæ sunt quæ pecuniarum proditionem afferunt? in quibus unam pro Virtute consideremus rationem : Honestam paupertatem libenter pro pecuniis Suscipientis Et

iusta causa diuitiis denudati. tanti uirtu
tem emamus: quãtuꝫ is qui nos ab ea di
strahere conatur: nocet. Sed dicet quis-
piam torturas ne patietur & mortẽ? cui
facile responderi potest. nos. s. hæc non
pati si ĩtelligimus quid nos sumus. Sed
corpus erit quod iniurias feret. corpus
quod occidetur nihilq; præter eius natu
ram patitur. naturaliter enim mortale ẽ
& scĩdi potest. & mille passionibus sub
iectum: quas tyrannus magis q̃ fortui-
tus infert morbus. Quare igitur ea fu-
gimus quæ a nobis uitari non possunt:
& non ea seruemus potius quæ in nobis
sunt? mortale enim naturaliter & cadu
cum ac morti dãnatum nullo modo mõ
talitatem a se expellere potest. Immor-
tale uero ut animus nostẽ est: & nos ita
uirtute fulcire & ornare possumus ut si
quis minetur mortem non timeamus:
quam ratione patiamur recta uolun-
tate necessitateꝫ naturæ honestabimus.
hæc autem sunt illa magna quæ alter al
teri: aut minat̃ ĩferre: aut timet. ab alio

ſubiugari & in ſeruitutem duci nõ poſ
ſunt. Sed libera ſũt ſi nos uelimus: hoc
eſt ſi uoluptate corporis: aut eorũ quæ
extra corpus ſunt uehementi affectõne
libertatem noſtram uolentes nõ admit
tamus: momẽtanea uita. & pecuniis fœ
licitatem animi uendentes. Equidẽ hoc
pceceptum nos docet in omĩ re ea facerẽ
qbus roboretur uirtus & firmetur. Sed
ad conſequentia trãſeamus q̃ eadẽ pce-
pta referuntur.

CONSVLTO ante opus: ut non ſtul
ta facias.

VILIS enim & timidi hominis eſt face
re aut dicere: q̃ ſine ĩtellectu ſũt.

SED illa perfice quorum poſtea nõ pœ
niteat.

BONVM cõſilium gignit uirtutes: &
perficit & continet. earũq; eſt mater nu-
trix & cuſtos.

Onſultãtes enĩ defecato & qeto
aĩo qũo nos uiuerẽ opõteat d'corũ
uerſtatis cæteris rebus præponit: illudq;
deligit. certare autem uolens in omni

certamine uiriliter pugnat & uincit.&
acquisitõni rerum bonarum iam exer-
citatum esse in calamitatibus sententiã
integram seruat. nihilque alieno tumul
tu stupefactum nullam aliam uitam fœ
licem esse putat ab ea: quam ex se opti-
mam esse iudicarat. Quare res sunt bo
na consilii effectus: Primus electõ opti
mæ uitæ. Secundus exercitatõ illius qd
electum est. Tertius recte consultorũ
immutabilis seruatõ. horum primus ẽ
ratõ ante principium operis quæ initia
factorũ ponit. Medius ẽ ratõ opans q̃ cõ
parat quodcunque factum præcedenti-
bus principiis. Tertius quoq; est ratõ q̃
in ipso opere considerat omnia facta &
iudicat si recte facta sint. In quibus om
nibus boni consilii effectus floret. quod
uirtutes parit: nutrit: & seruat tanquam
principium medium & finis bonorum
& fuga malorũ: & uirtutum perfectio
ĩ bono cõsilio sita sit. Nam qum natura
nobis rõis cõpos sit: & ob eã cãm cõsilii
capax: & ꝓpria uolũtate ad bñ aut male

consulendum inducimur modus uiuēdi secundum naturam uitæ seruat essenti am. Importuna uero uolūtas quātū pos sibile est ipsam essentiam demolitur & destruit. Destructō enim īmortalis rei est malitia & uitium facti: cuius malum consiliū est mater. quod ut fugiamꝰ: rō monet: ut stulta quæ facimus non sint. Stulta enim misera sunt & mala. dicere quoq; stulta aut facere uilis & timidi ho minis est: hoc est infœlicis proprium. si autem ante opus consultaueris: neq; di- ces quicq̄ stultum neq; facies: in quibus tristari & angi necesse erit eos: qui non recte consuluerunt. nam defectus & ta bes electōnis pœnitentia ostēditur. res enim & experientia nocumentū docet: ut ipsiꝰ boni consilii effectus recte & iu stæ electōnis in operibus utilitatem de- monstrat. utilitatem dico non corporis aut earum rerum quæ extra corpus sūt Sed nostrum quibus cōsultare añ opus præceptum fuit: & illa perficeř: quæ nō tristificēt nos: hoc est animum. nam q̄

utilitas nobis euenire potest homicidiis aut aliis sceleribus: aut pecuniarum preda: & extra ditari: & pauperem animum fieri: uitiis superuenientibus: & in hoc aut imprudentem esse. & ob id ipsum infortunium & malum augumentari: uel intelligere ea quæ sceleste comiseris & conscientia torqueri & pœnas timere quæ apud inferos retribuuntur. qui uero ad hoc inciderunt solam malorum medicinam inueniunt putare & credere animum nostrum post mortem nihil fore: itaque tanta calamitate circumueniuntur: ut a nihilatione animi eorum malitiam curant: & solentur. & interitum post mortem sui ipsius diiudicant fugam fore laborum iudicii. Malus enim & scelestus: eius animam immortalem esse non uult: ut cruciatus pœnam non ferat. & apud inferos iudicem non inueniat: atque sui ipsius finalem interitum decernit. tanquam deceat malam animam non fore. Sed hic quidem malo consilio ad malitiam subductus decenter ultra quam oporteat contra se ipsum sententiam promulgat. Verum

Iudices qui apud inferos ſunt q̄q̄ ſecundū ueritatis normam iudicium faciunt nō iudibabūt animā omnino īterire debere: ſed malam eſſe: & vt malum ſuum diminuat curabunt. ac pro ſalute & cōſeruatōe naturæ more medicorum ferro & igne mala ulcera curātes peccatorꝝ culpas exigent: & pœnitentia malitiam animæ nō exiſtentiā auferre nituntur: ſed ad ſe potius reducunt per purificationē affectōnum pernitioſarū. dubitari quidem quodāmodo poteſt: ne hūanus aīus ad nō ēē ſubducatur. qum a ſua natura diuertit: ueluti qum ad ſuam naturam reuocatur ad propriam ſubſtātiam reducitur: atq̄ purum & ſincerum ēē recepit: quod cōmixtionē paſſionū corruptum fuerat. Quāobrem omnis hominēs niti oportet maxime ut nō peccēt. peccātes uero tāquam ad malitiæ & peccati medicum ad iudicium refugere & malum conſilium bono conſilio corrigere qum a bonitate deciderimus. Recipiemus igitur exiſtentiā nr̄am ſi fida

firmaq; pœnitentia diuinā correctiōem acceptauerimus. Nam talis pœnitentia philosophiæ prīcipiū fit: & uerborꝝ opū que stultorum expulsio & ad probataꝫ uitā primus aditus. nā qui ante opus recte beneq; cōsuluit in molestū dolorem nō īcidit: neq; decipitur: prīcipia & cās tradēdus iis rebus quarū fines & exitus sibi gratia in futuruꝫ non sint: sed rerū casus consideras præsētia futuris cōponit. Itaq; neq; expectatōe rerūq; fœlices uidentur: sincerū & uerum bonum nō intelligit: neq; timore aduersitatū aliqd mali aut īiusti faciet. Vitā enī suā firma mēte dirrigit ad diuina ꝑcepta. ut āt ītelligas timidi hominis ēē stulta facere aut dicere. Inspice Medeam tragœdia ea q̄ secum luget: quæ incōsulte propinquos amore illicito decipiens peregrino se se tradidit viro: a quo postea spreta: durissima pati putat: atq; ex tali opinione audis qualia exclamet. In caput meū flamma cælestis irrumpat. & præmittit stulte rogitans ad facta scelesta ea fieri quæ

Qui ante opus

facta sunt. Postea calamitates ĩ quas iñ
ciderat calamitatibus curare nititur. At
que etiã si uis inspice Agamenonẽ apd
Homerum qui dans ĩtemperatæ iracun
diæ pœnas lugẽs exclamat. Furia me te
net. Cor erũpitur: & ĩflãmatõem lumi-
num qua diu ob iracundiam flagrabat:
decidẽtibꝫ mutatisq; illi rebꝫ lachryma
rum abundantia refugerauit. Talis qui
dem ẽ omium stultorũ uita huc & illuc
contrarii affectõibus cadens. nã ĩ uolu-
ptatibus est odiosa: ĩ tristitia miserabilis
Audens uero temeraria: timẽs quoq; pu
silanimis: & omnino boni rectiq; consi
lii & generosi animi expers est: & mẽtẽ
fortunæ supponit. Vt igitur talibus re-
bus non implicemur dicẽtes stulta: aut
facientes recta ratõe ĩ omibus utamur
ducem: Socraticum illud explẽtes: nulli
meorum credere possũ: nisi ratõni quæ
cogitanti mihi recta uideatur. Quippe
omnia quæ ad seruiendum & ad obseq-
lant ratõnali existentiæ conceduntur:
nr̃a sũt: nõ nos illa sumus: ut ẽ irãcũdia

cupiditas:sensus:ipsum corpus ad usū
instrumenti talibus potentiis datum:q̄
tum nulli credere debemus nisi rectæ:
ut Socrates dicit ratōni:quæ secundum
naturam disponens discernere potest:
quid fugere:quid ue sequi opōtebit.nā
rectæ ratōni & Deo obtemperare idem
est. Ratōnale enim genus suū splendo
rem sortitum.illa eadem uult:quæ diua
lex determinat.Animus quoq; secūdu;
Deum dispositus eadem cupit quæ De-
us & quæcunq; facit ad diuinum splēdi-
dum illd' peragit.At animus qui e cōtra
disponitur ad impium impellitur:& ob
scurum ueniet ut accidit deductus tan-
quam a sola bonorum regula:hoc ē ab
intellectu:& Deo decidens.Hæc & talia
sunt boni consilii fœlices effectus:& cō
trariæ dispositōnis infœlices.nam con-
sultare añ opus p̄ter alia bona q̄ in se ha
bet:dubitatōnis causas tollit.& ad sciē-
tiæ acquisitōem nos aduocat. & optimā
atq; suauissimā nobis mīstrat uitā.q̄ qui
dem per sequētia probat.

NIL FACITO quod nescias & disce quæ ut discas opus ẽ & dulcissimã hoc modo uitam perages.

Ihil incipere quod nescimus siñ error nos solum seruat. discere uero quæ ad optimam uitam pertinent non solum nos ab errore dimouet: sed optatũ finẽ nobis ĩ rebꝫ ꝓbet. Prudẽtia enim temeritatem ex ignorantia & suspitõne ortam scindit & expellit. Nam qui acquirit ut peritiam rerum habeat: factorum expeditõnem acquirit. utrunque enim utile est & ĩtelligere quas res ignoramus: & addiscere quæ nescimus quibus rebus adiuncta est optima & suauissima uita. quæ suspitõne caret & est rerum pueritia plena: quippe quæ nihil tentat quod nescit & addiscere cupit q̃ sunt digna scitu: digna quoque ut addiscimus illa solum putat quæ ad similitudinem Dei nos inducunt. illa dico q̃ faciunt: ut añ opus cõsultemus: ne stulta sint. & ea quæ nos nõ ꝑmittũt debitũ iustumque transgredi ope alicuius: aut

oratõne:& ea quæ nos ad diiudicandū
differentiam eorum quæ nobis accidūt
idoneos facit & ea quæ persuadẽt & hõ
tantur:ut cæle∫tes fortunas patienter &
pacifice feramus:& curari uelimus:& q̃
docent paupertatem sine timore:& mõ
tem ferre:& iu∫titiam exercere.& uen-
tris & eorum quæ ad uentrem pertinẽt
continentiam:& parentum honorem:
& ea quæ nos ad seruãdas amicitiæleges
impellunt.& ea quæ religionis generis
Deorum o∫tendunt. Hæc & talia sunt
quæ præsens oratio addi∫ci oporterẽ præ
cipit:quibus adiuncta e∫t:ut superius di
ximus:uita suauis & optima. Nam qui ẽ
uirtute præditus fructum accipit a uolu
ptatibus quæ nullam pœnitentiam infe
rant:quæque ip∫as uirtutes imitantur.
naturaliter enim omnis uoluptas ab ali
quo actu dependet nõ ip∫a per ∫e ∫ub∫i
∫tit: Sed adiuncta e∫t rebus quæ nobis
aut hoc faciũt: aut illud. Itaque uiles &
uitio∫os actus malæ ∫equnt̃ uoluptates.
meliores uõ uirtutes imitant̃:unde qui

uirtutæ præditi sunt: non solum bonitate malos superant: sed etiam ipsa uoluptate propter quã solã uidetur uitiosus ad malitiam subduci. nam quanto affectus unus alio affectu melior est: tanto magis unam uoluptatem q̃ aliam eligere deberemus. Qum igitur uita quæ cũ uirtute ducitur: ut Deo similis fiat: studet: certe diuina illa quoq; quæ cum uitiis ferina & impia manifestum est quod uirtuosi & boni hominis uoluptates deorum lætitiam imitantur intellectui adiunctæ & Deo. Vitiosi uero & mali hominis uoluptas scit hoc commune uerbum: ut temeraria fera mouetur. Nam uoluptates & calamitates in medio sitæ sunt: ex quibus qui: unde: quando: & q̃tum oportet: acquirit: fœlix est. qui uero harum rerum mensuram ignorat: ĩfœlix. Itaque qui suspitõne uitam suam purgat: solum sine error̃ manet. & si eã peritia rerum impleat purgatus est: & pfectus: cuius uita dulcissima simul est & optima. Ergo quæ nescimus nunq̃ agre

diamur: ac quæ ſcimus tunc operemur.
qum oportet. ignorantia enim malitiã ĩ
ducit: ſed rerum peritia opportũitatem
quærit. nam multa quæ bona ſũt & uir
tuti innituntur: mutatõe temporis fiũt
uitioſa. Intelligendum igitur præceptũ
illud eſt ex ordine. nam qum hortatur:
nihil temere & ſiñ maturo cõſilio ad fa
ciendum aggredi: ut ſine errore ſimus:
docet. Qum uero ſuadet nos addiſcere
non omnia: ſed ea ſolum quæ neſcimus
ad optima facta nos inducit. non enim
ut non errando conſtat recte factum:
ſed in cognoſcendo ea quæ factu oppõ
tuna ſunt: quorũ hoc quidem ſuſpitio-
nis purgatio. illud autem rerum cogni
tio facit. In quibus duobus non errare:
ſcilicet & recta facere aduerte quid tibi
perſequatur. eo modo ĩquit. dulciſſimã
uitam perages. quæ autem hæc? ea certe
ſola quæ a uirtute uoluptatẽ acqrit. hĩc
enim ſimul concurrũt & bonum & uo-
luptas. Si igit bonũ cupimus: cupĩmus
& dulce: quod uitã ſuauiſſimã appellat.



Qui uero uoluptatem cum turpitudīe eligit: quāuis parumper ob illud dulce lætetur: tamen propter turpitudīem ad molestam pœnitentiam uenit. At ille q̄ uirtutem laboribus mixtā aliis rebus p̄ ponit: q̄uis propter inconsuetudīem ali quantulum patiat: qum coniūctio boni diminuit laborē: & tandē a uirtute pu- ram sincerāq; uoluptatē colligit. Si autē qs cum uoluptate turpe aliquid faciat. uoluptas discedit: turpitudo manet. Ex quibus facile apparet uitiosam hominū uitam molestiis ex necessitate plenam esse & doloribus. Virtuosa3 uero suaui tatibus & dulcedine: & hæc super his sa tis. Qum autem & corporis instructio ad animi perfectōnem refertur uide cō sequenter quid subiungat.

NEC SALVTIS CIRCA COR- PVS NEGLIGENTIAM HABE- RE OPORTET. SED POTIO- NIS ET CIBORVM ET EXER CITIORVM MENSVRAM FAce RE: MENSVRAM DICO QVAE

si aut cū volup tate q̄

TIBI molestiam nō inferat.

Ortale cōpus ad deductōem humanæ uitæ pro īstrumēto nobis datum: neque superfluo cultu pinguefacere decet: neq; nimia īdigētia affliger̄: nam æque utrunq; eius usū īpedit & aufert: īmo mediocriter ipsi īdulger̄ debemus: & neq; īiusta patiens: neq; morbo ægrotū spernere. præceptū igit̄ hoc hōtatur corpus nobis secundū naturā seruari opōtere: ut expedite: atq; liber̄ opā suam duci aīo præbeat: utq; traduci seqque possit ad quācunq; partem ille iubeat. Animus eni; corpore utitur. corpus aīo usū præbet: cuius curā & diligentiā habere oportet bonum artificē. nā non opꝯ ē solū: ut illo vti uelimꝯ. sed cōueniēter ꝓuider̄: ut robustū & bn̄ sanū nobis mīstret & ꝑuiat. eiꝯ enī natura ī ꝯtinua generatōe & corruptōe uersat̄: & īpletō & euacuatio ipsū nutriūt. nā mō cibus qđ egessit supplet: mō exercitia qđ supē: euacuāt. Mēsurā igit̄ cōstituere opor tebit īplēdo aut euacuādo. Mēsura aute;

ẽ rõ coaptās & cõiūgẽs corporis habitū opibus ãi:& ob eã rẽ diligẽter curandū ẽ:ut talẽ corpori salutẽ præstemus quæ philosopho cõuẽit. Sic igit̃ ea exercitia faciemus:ea nutrimẽta eligemus:q̃ nõ nimium corpus pĩguefaciãt:neq̧ ultra modũ mẽtẽ ĩpediãt. nõ enĩ simpliciter corporis curã hr̃e debemus:sed cõporis mẽti:& ĩtellectui ſuiẽtis. Q r̃ nutrimẽta q̃ athletis ptinẽt relĩquẽda sũt. Curæ enĩ corporis solũ rõem habẽt:nõ ãi. Atque oĩs qui cultus corporis appellat̃ fugiẽdus ẽ. nã obstat splẽdori & luci ĩtellectus animi: Quãtũ aũt ad doctrinã cõsyderatõem & bonoꝝ opũ pfectõnẽ cultus corporis bõæ hĩtudini subſuire & pdesse põt:tm̃ suo corpori ĩdulgebit is q prudẽtis viri vitã eleget. & ob hoc subiũxit. Mensurã dico q̃ tibi molestiam nõ inferat. Tibi inquit præceptorum priorum custodi:qui animus rationalis es: culturæ corporis mensura non noceat. Tales enim cibos:talesque potiones & exercitia Eligere oportet quæ Corpus

ad uirtutes ipſum faciãt obſeqoſũ:& q̃ nõ ferãt ſtultas effectões ad commotionẽ rõis:q̃ in õi re dux nr̃a ẽẽ debet. Magna quidem ĩtẽtõe cõſyderare opuſ erit menſuram diligentiæ & cultus circa cõpus. ab hoc enim naſcitur cauſa malorũ affectõnum: non obedit malus equs. nõ ſimpliciter omnibus: ſed illi aurigarum qui lora opportune non tractat. In mẽſura uero circa corpus ea cauſa de potõne prius q̃ de cibis præceptũ dedit. quoniam difficilius abſtinemus uino quod corporis bonum habitũ corrumpit. Nã multo facilius labimur potui. q̃ comeſtioni. Gymnaſia uero tria ordinata ſunt: quæ ciborum impletõnem corrigant & rectificent: & rurſus vt cum ſanitate nutriamur: præparantur. nam quaſi ĩ circulo hæc adinuicem cædunt: nutrimentum & exercitia: & exercitia & nutrimenta. Vt enim quis exerceri recte poſſit bene recteque eum nutriri oportebit: Sic ut ſalubriter nutriatur modeſte exerceri. Horum uero mẽſura ẽ alia

Quid vinũ faciat ꝙ

alii ad proprium exercitium culturæ cō poris cuilibet conuenientis. omnes enī student corpus instrumētum facere ad illam rem quam elegerunt. luctator agilitatis ad palæstram. colonus laboruʒ ad agriculturam: atzalius ad alid trahit & coaptat corporis adminiculum. Ac philosophus ad quid inspiciēs uolet cōpus instruere: & cuius rei instrumentū studebit: ut fiat. manifectum est ꝙ philosophiæ & operum ad eam spectantium. Vt igitur corpus prudentiæ instrumentum esse possit nutries illud & instrues Præcipue quidem animæ curam habebis: ob quam & corporis habenda est diligentia. nō enim ipsum corpus animæ præponēdum ad cuius usum nobis traditum est: neque omnino negligēdum propter ipsam animam: sed conuenienter & ex ordīe corporis curā tanq̄ de instrumento habere: eamque referre ad animi uirtutem & corporis sanitatem: quā ob rem non undique appetitiui corporis obseq̄mur: sʒ solū q̄tū opōtet. Sūt

enim aliqua quæ auferri sumique non decet quia grauant corpus & spiritum animi ipsi corpori insitum ad passiones materiales trahunt. de quibus in sequētibus est præceptum: quod ait.

VITA EDVLIA QVAE DIXImus in purgatōnibus & liberatōne animi diiudicans: talia enim omnino relinquenda sunt.

X iis uero quæ accipere & comeder̄ licet & quantitatē mensurabis & tēpus: & ut dicit Hippocrates: horam perscrutaberis: locū: ætatem: & oīa quæ eius generis sunt. non consyderate concedit comedere ea ex quibus accipere decet: neq̧ īdiscrete iuuenem & senē similiter dietare cōuenit: neq̧ sanum & ualitudinarium: uel incipientem philosophari: & eum qui ad summum philosophiæ processit. hæc autem omnia sil' comprehendit pythagorica mēsura cū illa additōe: hoc ē q̄ tibi molestiā nō īferat. oīa enī q̄ adiuuāt bonā rectāq̧ phī uitā ad īdulgentiā cōpori adhibēda for

hoc breui uerbo hõtatus ẽ. Qum enim de salute animi dixisset: addidit. neque bonæ ualitudinis circa corpus negligentiam habere decet. Ibi enim utentis animi uirtutem ostendit: hic instrumenti salutem: Coniunge igitur hæc illis & inuenies quis ille sit quem hortatur talem oportere seruare mensuram & ordineꝫ circa corpus: quæ tibi molestiam non ĩferat: quæꝗ non impediat philosophi ꝓpositum in auxiliando animæ ad uirtutem ducenti. Potõnis aũt & cibi mensuram dixit ratõem quæ superfluitates & defectus dehortatur. Medium uero & mensuram hortatus est: ex quo facilius possumus uentrem: somnum: uenereꝫ: & iram cõtinere: hoc quod nunc mensura dicit: ĩmensũ ĩ illis repħẽdit & punit: & tristẽ ægritudinem expellit: & diligentem aĩum ad Deũ trahit. Oportet enĩ dũ ipse aĩus ad ĩtelligendũ uersatur sinceritatẽ & qetẽ habere a turbulentis affectõnibus atque ĩferiora bene recteque sibi ordinare ad supernorum consi

deratōem & intelligentiā. hoc erat mē-
ſura quæ moleſtiam tibi nō inferat. hoc
continere uentrem ſimul & inſtrumen
to ſalutem parere. hoc uirtutem animi
oſtendere. hoc cōporis habitui non no
cere. pars enim uirtutis eſt intelligerē &
ſcire ſalutem inſtrumento præberē & ip
ſum ad philoſophicum uſum coaptare.
Qum non ſolum in comedēdo & exer
citiis eſt corpori cura adhibenda: ſed in
multis aliis: ut in ueſtimentis: calceis va
riiſque aliis uaſis & ſupellectilibus &
opinione omnia hæc ſuſcipiēte. opus er
go eſt ut in his menſura habeatur: quæ
delitias exterminet a noſtro uiuēdi mo
do: & ſorditatem apte igitur ſubiūxit.
CONSVESCE Dietā hr̄e purā & fir
mam.

Tude ea facere: quæ īuidiam ali
is non inferant. non expendas
importune quæ bona ſunt. id enim eſt
imperitorum: neque illiberalis eſto. nā
in omnibus modus eſt optimus. Non
ſolum inquit in eduliis & potionibus

mensura est optima:sed in omnibus ali
is. Ea enim expurgat quodcunq; pecca-
tum per superfluitatē:aut defectum cō
mittitur.nam in omnibus quæ supra di
ximus multa extra mensurā fiunt.alia
quidem ad immoderatas mūditias:alia
ad forditatem nos impellunt : quorum
utrunq; uituperandum est:& alienum
a maioribus philosophorum qui cōmo
ditatem & modestiam cōporis consyde
rant. Anima enim lauticies delicatio fit
& molities:ut nimia parcitas sordidum
& immundū:ut igitur neq; illud patia-
mur diu lauti:neq; hoc parci dum ēē ue
limus:stemus in medio.& a uitiis utrin
que adiūctis declinemus: & alterum al
terius continentiam facientes ita parce
uiuamus:ut non sordide:atq; ita laute:
ut non deliciose. Quāobrem mensura
omnino añponenda est in omī corpo-
ris apparatu : & tale uestimenti genus
eligemus quod mundum firmumq; sit:
idq; se cupiamus ad omnem corporis or
natum : qui mundus sit & diuturnus.

decet enim ratõnalem aĩum qui corpo-
ris dux eſt. om̃ia quæ ad cõpus pertinẽt
ipſi ducenti ratõni ſubordinare: quæ ne
que delitias: neq; ſorditatem fert & con
ſyderat omnia oportere eſſe modeſta q̃
ſuæ dignitati conueniunt. ipſa enim ut
ad delitias non trahatur parcam uitam
exercet: utq; ſorditati & turpi materiæ
nõ habitet mũdum & ſincerum eligit.
ut ueſtem non ſubtilem: ſed mundam:
uaſa nõ aurea aut argẽtea: ſed ex alia mi
nus precioſa materia munda: nihilomi
nus domum non precioſis lapidibus flo
rẽtem: neq; ultra modum magnam aut
pulchram: ſed aptam uſui corporis hu
mani. In omni modo uiuẽdi delitias tã
quam rem non utilem excludit. Medio
critatem uero mundam: ut maxime ſa-
tiſfacientem humano uſui hortatur &
ſuadet. Et enim ueſtis domus & uas om
ne tunc præcipuam utilitatem ſui præ-
bet: qum mediocre & aptum eſt. Quid
enim oportet magnam habere lancem
ſi parum ferendum ſit? quid ſordidam:

si epulum deturpat? Quid domum ma iorem q̄ usus postulat eorum: qui uno an gulo ipsius comode stare posset? Quid quoque si talis est: cuius hītatio usum nō habet. Id idem & in aliis īuenies. utriusque rei extrema inutilia sunt: nisi mun ditiæ sint sine sorditate. Superant enim simul utilitatis mensuram supauit & ad infinitum pcedit cupiditas. Quāobrem omnia quæ ī hac uita tibi eueniunt me diocritati adiunge quæ reprehensio nes extremorum uitat. Consuesce inqt uiuendi modum habere mundum. Po stea aīaduertes lapsum ad delitias: addi dit durum. & quia ex duro facile quis ad sorditatem labi posset: subiunxit. mun dum. sēp casum alterius cohercēs alt ius obiectu: ut uita uiro digna sit. & hōi rōe utēti cōueiat. nā si hoc mō uitā institu em9 magna alia fœlicitas nobis aduēiet. Inuidiā quoque q̄ īnata ēē reb9 īmesis so let fugiemus. Si nihil nimis: ut ī prouer bio ēst fecerimus: nec eius & familiares nostros cōtra nos ipsa inuidia irritabit:

ut possit modo: ut delitiosos: mō ut sordidos uituperare: & nunc ī prodigos & dilapidatores pecuniarum. nunc ī auaros & parui animi homines nos excusare. Omnes enim qui talibus uitiis laborant ab his qui secum familiaritatē exercent ꝙ modesti nō sunt: & medium nō seruant: uituperantur. Hoc est quidem quod de inuidia manifestat præceptum illud. Talia facerē fugias quæ iuste a multis uituperari possunt. Iuste quidē & a multis ea uituperantur: quæ in modo uiuendi delitias habēt: aut sorditatem. In expendendo uero: aut auaritiam pecuniarum: aut prodigalitatem. Quare liberalitas & modestia ut ostendāt opōtebit per oīs ab extra actōes & gesta prudentiā aīi habitū & mēsurā: q̄ ī oībꝯ ē res optīa. Opus est enī hoī qetē quærēti q̄tū fieri pōt: inuidiā fugere. & nō ut bellua quædā cū ipsa cōtenderē: ut siñ aīi cōmotōe ad uirtutes ꝓficere possimus. Vitā uō sine īuidia ꝑtrāsiemus: sordita tē fugientes: & delitias: & stultā sꝑbiā.

Ex quibꝰ duo mala naſcũt: & pullulãt: errogatio pecuniarum inopportuna & retentio: quorum illud quidem pro ſupbia uituperatur. hoc aũt pro auaritia & puſilanimitate: utrũq; liberalitas fugit: q̃ uirtus ĩ errogandis recipiẽdiſq; pecuniis uerſat: quæq; id fieri qđ oportet ĩ additis & expenſis inuenit atq; omnia q̃ extra ſunt rectæ rõi ſubordĩat. hæc ſũt quæ Pythagoras in ſuis v̓ſibus de his q̃ circa corpus & extra ſũt optimũ & laudabilem uſum hñt præcipit & hõtatur: ut ob hæc uirtutis pulchritudo appareat: ſed caput omĩũ facit p̃ceptũ qđ ſeqt̃ FACITO illa quæ tibi non noceant.

Onſydera anteaq̃ quicq̃ facer̃ incipias. Sæpe uſus eſt hoc mõitu: ut qum dixit ea perficias: q̃ poſtea moleſtiã nõ ĩferat. Qum etiã menſuram inquit. Quæ tibi moleſtiã non inferat. & nemo te inducat id facere aut dicer̃: qđ bonum non ſit. hic igitur quaſi in unũ conſpectum omnia ponẽs dehortatur ea capere & facere quæ nocẽt. Vtilia uõ

ut exerceamus hortatur. Ac bene horū utrunq; tum discerni qum ante opus: quid faciendum: quid ue non faciendū sit considyderemus. Tempus enim bene cōsulendi tunc nobis adest: qum adhuc opus non īceperimus. & hic iterum sic intelligēdum est. Quæ tibi nō noceāt: ueluti illud. Quæ postea tibi molestiaʒ nō īferāt. teq; q homo es ratōalē existētiā ēē cōstitues: qui ut dictum est philosophaberis: & ut dei similitudinē acquiras studebis. Tu quidem quia homo & ratōalis existentia es quicquid extra ratione: quicquid extra legem diuinā: qc quid impedimēto tibi sit: ut similis Deo fias intelliges. talia enim nos offendere solent ī societate hominū nobiscum uiuentiū & in gubernatōne corporis qđ coniūctum nobis est: & eorum quæ ad eius gubernatōnem sunt inuenta: quæ pecunias appellari cōsuetum est. quæq; ad cōporis usum sunt. Oportere igit̃ p̄cipit diuinorum bonorum amatorem timer̃ ne sibi persuadeatur aliquid facer̃

quod non bene ſuccedat:& ut ea corpo
ri non indulgeat:quibus ipſe in ægritu
tudinem incidat:neq aliquid ſuſcipiat
quod philoſophãdi ſtudiũ impediat:cu
ius rei poſtea pœnitebit. hæc autem om
nia a cogitatõnibus noſtris expellenda
ſunt:ut factorum a nobis repetitõ iucũ
diſſimam habeat memoriam:de qua in
ſequẽtibus præcipit:ita inquiẽs.

NON SOMNVM MOLLIBVS
OCVLIS SVSCIPIAS ANTEA q̃
DIVINORVM OPERVM VNũ
QVODQVE TER RECENSV
ERIS VBI PRAEVARICAVI:
QVID FIERI OPORTEBAT:
quod non fecerim:incipiens a primo ꝑ
curre omnia. Ac poſtea ſi turpia admi
ſeris:afflige te & caſtiga: Si bõa:lætare
& gaude.

Ic omnium præceptorum ſen
tentiam collige:& iudicium inti
mi animi ad hæc:tanquam ad diuinas
legẽs proſpiciens bñfacta & malefacta
diſcernat. Vnde enim & rememoratio

poterit nos: si turpia admiserimus accu
sare & corrigere: si bona fecerimus lau
darẽ & probare: nisi præterita ratio leges
quasdam acceperit quibus uitam ordĩa
uerit: & ad hos conscientia nostra tan-
quam ad aliquod signum omnẽ nostrã
uitam dirrigat: & quotidie uõ tale exa-
men fieri oportere hortatur: ut per fre-
quẽtem memoriam iudicium sine erro
re saluetur. suadet præterea qum nox
aduenerit & ad somnum uertimur: tan
quam ĩ fine diuinorum operum simus:
Vt Conscientiæ Iudicium statuamus:
cubiculare Carmen Deo facientes: Si
dispositiones nostras recensuerimus.
ubi præuaricaui? quid? quod fieri opor-
tebat: non confeci? Sic enim commen-
surabimus uitam nostram legibus no-
bis datis: ratõnem iudicem adiungen-
tes intellectui legum conditori. Quid
igitur legum conditor præcipit? Hono
rare eos qui ipsa origine & natura meli
ores sunt secundum ordinem ipsõrum
existentiæ. Parentes & Cognatos ma-

gnifacere. Bonos uiros amplecti & amare. Voluptates corporis uincerẽ id quod incorruptibile est pecuniis præponere: & uitæ fragili a Diuino iudicio tibi datam sortem libenter acceptare prudentia a deo tibi data lætari. Sententiam ad melius uertere. Doctrinam exercere. Non decipi: ac liberum esse ad uirtutis sermonem. Bono rectoque consilio antequam quid incipiatur: uti. Ex quo pœnitentia factorum non sequitur. Falsarum opinionum liberum esse. Doctrinalem Vitam sequi. Corpus & ea quæ extra corpus sunt ad opus uirtutis coaptare. Talia legum conditor ĩtellectus animus promulgat. Ratio uero hæc suscipiẽs peruigil sui ipsius Iudex fit: ubi præuaricaui? Quid feci? & ordine factorum memoriam propter uirtutem suscipit. Postea se se inueniens concorditer & congrue præfatis legibus diem pertransiuisse fructibus Diuinæ lætitiæ coronatur. Si uero contra illas leges se q̃cquam fecisse inuenerit: se ipsum repri-

mat : tanquam quibusdam farmaciis poenitentiæ monitu. Quare somnum dicit expelli oportere: a consyderatione rationis quod facile quisque feret. Si Corpus a necessitate Dormiendi uexatum nō fuerit. Corpus uero somnus non uexabit: si sobrie diem transierit. Ob continentiam enim & sobrietatem necessarias passiones ratio cohordinat. Non suscipias inquit somnum anteaquam Diuorum operum ter quodlibet recensueris: Recensebis quidem hoc modo: Vbi deliqui? Quid feci? Quid quod fieri mihi oportebat non expleui? Duobus enim modis erramus. Vno si quod oportebat non fecimus: Vt ipsa uerba sonant. Alio si id fecimus quod non oportebat. Aliud est enim bonum opus non exercere: Aliud res turpes exercere: Operatio rerum turpium. Hoc quidem quia linquimus uituperatur. illud quia suscipimus: Vt orare decet: deprecari & ma-

leloqui non decet.

NVTRIRE
PARENTES
DECET:
VEXARE ET
CONTVMELIAM
IN EOS INFERRE
NON DECET.
QVI IGITVR
PRIMA FACIT ea quæ fieri oportebat facit. Qui uero ſecunda facit: Ea facit quæ fieri non oportebat. itaq utrunque ad æqualem quodammodo iniuſtitiam accedit. Recenſere quidem nos opera noſtra monet ordinatim a primo uſque ad ultimum: nihil in medio relinquentes quod intelligitur ob illud percurre omnia. Multoties enim non rectus ordo iudicium fallit. quod propter inordinatam memoriam male factum excuſat. Accedit etiam quod Rememoratio Quotidianæ Vitæ fit

medicatio quædam earum rerum. quas antecessores nostri: & qui defuncti uita sunt exercuerunt: est immortalitatis nostræ argumentum. Illud uero mirandum est quod qum unũquodque recensendum præciperet: non subiunxit qd recte fecerim? quid quod oportebat a me peractum est: sed e contra ad id qd' inferius est. Primo memoriam adiecit: iussitque ut malefactorum iudiciuu fieret. Iudicemque statuit iustissimum simul & propinquissimum: ipsam scilicet conscientiam & rectam rationem: & se ipsũ sibi: Quem ut docuimus ante omnes uereri decet. Quis enĩ alter ita monere alterum potest: Vt ipse se? Nam ille qui ea re quæ naturaliter suæ libertatis est abutitur: Aliorum monitus cum illis obtemperare non uult repellit: Sed propria ratio se ipsum audiat necesse erit. Hanc Deus procuratricem: Hanc magistram: Hãc & nũc iudicẽ diurnorum opũ fecit: & apd' se iudicem suscepit: ut ipsa Ratio promulget & doceat quid ac

cipi quid ue repelli dignum sit. Qum enim quisquam immemori mente tanquam in libro: Quæ fecerit legit: Tunc ad Legem quasi ad exemplum quoddam intendens diiudicat se: aut honore dignum: aut dedecore. Quicunque autem quotidie tali exercitio usus fuerit Deo similem imaginem accipit seq3: Aut addendo: Aut diminuendo ad pulchritudinem uirtutis corrigit & adducit: & quantum bono Viro facultas datur: conficit. Atque hic Pythagoras de iis quæ ad uirtutem ciuilem pertinent finem facit: ad ea præcepta transiturus quæ ex hominibus Deos formant.

IN HIS TIBI LABOR SIT.
HAEC MEDITARE.
HAEC TE AMARE OPORTET.
HAEC TE VIRTVTIS DIVAE IN VESTIGIA PONENT.
ITA PER QVATERNITATEM ANIMAE NOSTRAE TRADENTEM FONTEM PERENNIS NATVRAE.

T ĩ prĩcipio diximꝰ ciuilis phĩa
p acq̃sitionẽ v̄tutũ bonũ hoĩem
facit. Inspectiua uero per splendorẽ in
tellectus & ueritatis similitudinem dei
exhibet. Necesse autem uidetur quan-
tum ad nos pertinet: ut minora maiori
bus antecedãt. Facilius enim est uitam
humanam ratõnabili usu moderari: q̃
omnino eam uon attingere: quod certe
fieret si penitus ad ĩspectiuam uertere
mur. Præterea impossibile fore uidetur
æquo animo ueritatem acquirer̃ posse:
nisi affectõnes quæ siñ ratõne sunt per
morales uirtutes iubente intellectu co-
ordinaremus. Qum igitur animus rati
one sit & stultitia plenus. Tunc solum
insperabiliter priori intellectui adesse-
poterit: qum purificata passiones quæ
post illam erunt puræ attingit. erit autẽ
pura: si neque stultitia aliqua: neque uo
luptate cõporis conducatur: ut alia alio
loco aut tempore curet: ĩmo tantum il-
lis indulgebit: quantum diuĩa lex̃ iusse
rit q̃ se relinq nõ permittit. Immo ma-

nec̄ iubet quousq; deus ipse nos liberet. Qum igitur aı̄us duplice v̄tute egeat: ciuili quidē quæ supprimat & corrigat: atque deordinet dementiam & affectiones hominum. Inspectiua uero quæ superiorū & malorū societatē nobis exhibeat. horꝝ uirtutū in medio: quasi confinia iacent hi v̄sus. In his tibi sit hæc meditare. hæc te amare oportet. quasi conclusio fiat ciuilis uirtutis. Illud aūt. hæc te uirtutis diuæ ad uestigia ponent: tāq̄ optimum initium disciplinæ ı̄spectiuæ. Qui autem a uita brutoꝝ liberauit seq; quantum potuit ab incontinentia affectionum purgauit ob hoc: quasi ex bruto animali humanitatem accepit. Consequētia uero promittunt ex homine: q̄tum homini possibile est Deū fieri. Q̄ autem hoc ueritatis ı̄spectiuæ finis sit. his uersibus ostendit. In quibus sūmū atque optimum effectum adiungit. Si liqueris corpus liber ad cælum uenies: erisque Deus immortalis incorruptibilis. Q̄ uero ꝑ cultū uirtutis & cognitōe;

in eadem uirtute ueritatis restitutōem consequamur: hic sacer sermo (Vt parū post dicemus) ostendit. Nūc iterum ad ipsos uersus redeuntes cōsyderemus qd sibi in his exhortatōibus uult: labō: medicatio: & amor. Totum conuertere aīum intendit ad uirtutis studium. Ipse enim aīus rōnalis in se persistens triplicem habet potestatem. nā habet aliqd p quod addiscimus: quod nūc ut hæc meditemur præcipit. hēt aliud per quod id quod addiscit retinemus. quod in his vt laborem impendamus hortatur. habet tertium per quod intellecta & retēta cōplectimur & amamus. qd in hoc vt amemus monet. ut igitur oms potentias rōnalis animi compositas & ordinatas ad uirtutum præcepta hēamus a naturali ītelligentia curam & diligentiam petit. ab ea parte animi quæ retinet intellecta labore. ab ea uero quæ pulchra & bona diligit petit amorem vt omiū bonorum fluctus nobis adueniat cum possessiōe ppetua & īnato ad illa nobis amore. Ex

qb⁊ diuina ſpes ſequitur quæ ſplendorẽ
ueritatis apportat:ut ipſe pollicet̃ dicẽs:
Hæc te uirtutis diuæ ad ueſtigia ponẽt.
quod eſt dicere. hæc te Deo ſimilem fa-
cient per doctrinalem cauſa℞ ĩtelligen
tiã. Conſideratio cauſa℞ rerum exiſten
tium :quæ cauſæ in opifice Deo ſũt:ad
ſũmã dei intelligentiã nos ducit:cui ſil̃
adiuncta eſt ſimilitudo Dei:quã ſimili-
tudinem diuam uirtutem appellat:tan
quam ſub humeris humanæ uirtutis in
uectam:quam præcedere oportebat. hi
igit̃ primi uerſus in philoſophiæ & bõi-
tatis amorem concluſionẽ accipiãt:quo
præũte ueritatis cognitio ſequatur:quæ
nos ad ſimilitudinem diuinæ uirtutis re
ducit:ut in ſequentibus oſtendet̃. Sed
ad harum uirtutũ cõiũctõem opus erit
iureiurando. Quod uero uirtus ciuilis
bene acquiſita uiã præbeat:ut Deo ſimi
les fiamus bene & ordinate iurat. Nam
qd' ĩ prĩcipio dixit. Iuſiurandũ ſua:ut a
iuramẽto abſtineamus præcipit d' rebus
mobilib⁊ q̃ euenir̃ & nõ eueĩr̃ poſſũt:q̃

parua sunt: & uarios patiuntur casus: q̄r
neq; dignum est: ut super illis iuremus:
neq; tutum. Non enim ĩ nobis est posse
talia ad certum finem deducere. De his
autem quæ necessario coniunguntur:
& maxima sunt iurare: tutum est & de-
corum. Nam neq; mobilitas rerum nos un
quã decipiet. nodo enim adiuicem colli
gantur inspectabili super q̄bus iuramẽtũ
nunc fit: neq; ita humile & pusillum est
ut Dei testimonium accipere non debe
at. Veritas enim & uirtus non solum in
hominibus: sed maxime in Diis inueni
untur. Præterea iusiurandum fit quædã
religionis opinio. quoniam magistrum
ueritatis per iusiurandum uenerari de-
cet: ut si quo in loco oporteat per ipsũ
iuremus ad confirmatõem ueræ opinio
nes. & nõ solum idem: ut diximus d' ip
so dicit. Sed hæc & ipsum ita certe esse.
Simul quidem super compagine opti-
morum habituũ iurãs theologice philoso-
phat & q̃ternarium numerum fõtẽ ppe
tui ornamẽti demõstrat. q ẽ cuius opifice

deo:quo pacto uero q̄ternarius nume-
rus deus sit ex sacro sermone Pythago
ræ apte inuenies:ĩ quo numerus nume
rorum hic deus prædicatur. Si eniꝫ oĩa
quæ sunt perpetua dei uolũtate existũt:
& numerus in singula specie rerum:q̄
sunt existit:a deo numerus dependeat
oportet.& primus q̄dẽ numerus ẽ apud
illũ & ab eo est apud nos: numeri aũt fi
nalis terminus est decas.nã qui ultra de
cem numerare uult iterũ reuertitur ad
unũ & duo & tria: ut qui secũdam deca
dem numerat ad uiginti cõplectionem
faciat idem necesse ẽ.& similiter tertiaꝫ
ut triginta dicat.& hoc cõsequent̃ quo-
usq; decies decem cõnumeraueris:ad cẽ
tum uenies.& iterũ similiter centũ nu-
merabis:& sic per reuolutiõem decadis
usq; infinitũ procedere poteris.Decadis
quoq; uis est quaternarius numerus.añ
enĩ finitatem quæ per decursum in de-
cade inuenit̃ finitas quædã est adiuncta
ĩ quaternario numero.Nã ſm cõpositiõ
nẽ a monade ad quaternariũ numerũ:

omis coacervatio decas fit. Vnũ enim duo: tria: & quattuõ decadem complẽt. Et est quaternarius numerus: medietas numeralis monadis & septenarii. Aeq̃liter enim superat & superat̃. Trinarius quoq; a septenario excedit̃ monas a trinario. nam monadis & septenarii ꝓprietates sunt pulcherrimæ & optimæ. Monas enim ut initium cuiuslibet numeri omnes potentias in se cõtinet. Septenarius uero tãquam sine matre & uirgo secũdum dignitatem a monade habet: neque enim ab aliquo numero intra decẽ gignitur: ut quattuor ex bis duobus: & sex ex bis tribꝯ: & octo ex bis quattuõ: & nouem ex ter tribus: & decem ex bis quinq;: neque aliquem intra decem: ut duo quattuor. & tria sex & nouẽ: & q̃nque decem. Monadis uero non genitæ & septenarii numeri sine matre quaternarius numerus in medio existens gignentium & genitorum potentias simul accepit. hic enim solus numerus intra decem: & gignit aliquem & ab aliquo gi

gnitur. duas enim se se duplicans quat narium numerũ facit. quaternarius vero duplicatus: octonariũ conficit: & prima solida demõstratõ ĩ quatẽnario ĩuenit. nam pũctũ refert monadi. linea ãt numero binario ẽ ab aliquo ad aliqd: & trinario numero conuenit superficies. ex omnibus enim figuris quæ rectis lineis constant: triãgularis est quasi elementum & principium omnium. Solidum proprium est quaternarii numeri Prima enim Pyramis ĩ quaternario numero conspicitur. triangularis autem figuræ basis posita tres angulos ostẽdit Sũmitas quoq; ipsi figuræ posita nimis formã accipit. At iudiciales potentiæ in rebus existentibus sunt quattuor: intellect9: disciplĩa: opinio: sensus: & simpliciter omnia quæ existunt quaternarius numerus coniunxit & colligauit: elemẽta: numeros: horas: ãni: ætatũ cõpagies & nihil dici potest quod a numero quat nario tanquam a radice & principio nõ dependeat. Est enim ut diximus opifex

rerum omniū & causa quaternarius. De us intelligibilis causa est cælestis & sensitiui Dei: cuius cognitio Pythagoreis ab ipō pythagora tradita ē: p̄ quē nūc uiret horum uersuum auctor: quod uirtutis perfectio nos ad splendorem ueritatis adducet. Itaq; secūdum hoc diceret quispiam illud iusiurandum cole. proprie seruari oportere in diis: qui semper & æqualiter sunt & proprie nunc etiam iurare decet per magistrum qui quaternarium numerū nobis tradidit: qui nō fuit Deus immortalis: neque natura heros: sed homo similitudīe Dei præditꝰ. & ad suos diuinam seruans formā: quā ob causam in rebus ita magnis per ipsū iurat. tacite inferens uenerationem quā erga ipsum Pythagoram eius auditores habebant: ostendens etiam dignitatem quæ subest doctrinæ per illum traditæ. Maximum autem præceptorum a Pythagora disciplinis traditorum ē cognitio quaternarii numeri rerum opificis. At qum prima pars explicaaia sit. secūda

uō certa in expectatōe maneat & ſpem:
quæ per quaternarium promittitur ue-
racem eſſe interpres rerum diuinarum
oſtendit. & quaternarii numeri quis ſit
qnantum præſenti oratōi conuenit me
minimus: tranſeamus ad ea ad q̄ perue
nire contextus oratōis hortatur. Si pri
mo oſtenderimus quāta diligentia: quā
to apparatu: quo ue deorum auxilio ad
hæc deceat proficiſci.

SED ACCEDE AD OPVS DEOS
ORANS VT CONFICIAS OM-
NIA QVAE AD ACQVISITI
ONEM RERVM BONARVM
OPITVLANTVR.

Aucis abſoluit propriam animi
.ſ. promptitudinem & Dei auxi
lium. nam & ſi electō bonorum ī nobis
ſit: & id quod in nobis eſt: a Deo habe-
mus. ab ipſo Deo & auxiliū petēdum ē
& perfectō ſenſibilium. Studium quidē
noſtrum ad acquirendas res bonas ita ē
ac ſi manum ad captanda bona extēde
remus: quæ a Deo proficiſcūtur & dari

uidentur: quasi ipse Deus sit fons largi
tionis bonorum. homo enim naturali-
ter bona petit. Deus uero recte petenti
largitur: ac preces nostræ sũt quasi me-
dium quoddam inter nos petẽtes: & de
um largiẽtem: quæ causam nos ad ipsũ
esse producentem & ad bene esse perfi-
cientem attingere uidẽtur. Quo pacto
autem quis bona capiet: si Deus non de
derit? quo pacto etiam daret id quod lar
giri consueuit Deus: sponte uolenti: &
tamen non petenti? ut igitur nec nudo
uerbo preces faciamus: sed eas operĩ fir
memus: neq; ĩ nostris operibus solũ cõ
fidamus: sed a Deo auxiliũ petamus: &
tanquam formam materiæ preces ope-
ri imprimamus: quod totum ẽ quod fa-
cimus precemur: & quod precamur fa-
ciamus: ea coniungens inquit: sed acce-
de ad opus orans deos ut conficias. neq;
enim sedulos nos ad bona esse decet: tã
quam in nobis foret: etiam sine Dei au
xilio illa perficere posse: neq; nuda ũba
sufficiunt: si nihil ad acquisitõnem rerũ

Neq; si

humanarum afferamus. Sic enim uľ impia uirtute: si ita dici potest: uel sine opere precibus uteremur: quorum alterum uirtutis substantiam: alterum breuem efficaciam destruit. Quomodo quid bonũ esse poterit: quod non sit secundum institutõnem Dei? Quomodo etiam si quicquam factum fuerit secundum ipsam institõnem Dei: ut subsistat & duret illius auxilio non egebit? Virtus est in hominis animo imago dei: & omnis imago exemplar habeat ut subsistat necesse est. uanumq̃ ẽ quod acquisiuimus si nõ ĩspicimus ad cuius similitudinem bonum illa adepti sumus. Studentes igitur actiuæ uirtuti precari necesse erit: & quum precati fuerimus ipsius ṽtutis possessione gaudere. Hoc autem quod ad splendorem Dei nos inspicere facit ad philosophiam intentiores cum priã bonorum causa reddet. Nam fons perẽnis naturæ quaternarius ille numerus est q̃ non solum omnibus æterna causa ẽ ut existant: sed ut bñ existant: quiq̃ ppriũ

bonum ad omnes mundi partes: ut radium perpetuum & ratõe præditum effũdit: quam causam orans animus: & tanquam lumen acuto eius uisui cõmiscẽs ob studium rerum bonarum ad orãdũ excitatur: & e cõtra ob exauditõem orationis diligentiam acuit factum uerbis adiungens & facta studiosa cogitatõne ratõnis diuinæ cõfirmat & aliqua inuenit: aliqua illustrat: curatq; ea quæ precatur: & precatur quæ curat. talis quidem est studii & precis cõiunctõ. At quæ facta ex his duabus rebus nascãt̃ ĩ sequẽtibus audiamus.

HORVM MEMOR COGNOSCE DEORVM IMMORTALIVM hoMINVMQVE MORTALIVM CONIVNCTIONEM: QVEMADMODVM PERTRANSEANt ET queãdmodum cõsistant.

Rimum quidem hominibus ita institutas cognitõnem Deorum & Theologicam disciplĩam adessẽ opõtere prædicit: & rerꝝ omiũ intelligentiã

quo pacto adinuicem diuiduntur:quo ue etiam pacto in unū mundum uniun tur.Coniunctō enim in hac parte con/ structōnem & ordinem rerum signifi/ cat & illud quēadmodum ptrāseāt diffe rentiam ipsarum per speciem.& quēad modum consistunt unionem per gen॰ Nam qum natura genera substantiarū ratōne utentium differant:in unam so/ cietatem conueniunt.Quippe per exi/ stentiam denotantur aliqua esse prima: alia media:alia ultima.Itaque diuidunt simul & uniuntur.neque enim prima fi unt media:neq; vltīa:neq; media.prima ul' vltīa:neq; vltīa media ul' prīa.sed tē minis a deo statutis & fixis ꝑpetuo per spēm diuidūt:& sic quēadmodū ptrāse unt ītelligemus:illud autem quēadmo/ dum consistunt hoc modo cōsyderabi mus.hoc totum non quidem perfectu3 esset:Nisi primas medias & ultimas par tes contineret : Tanquam principium medium & finem totius compositi & prima cēte prima nō essent;nisi media

& ultĩa sequerentur: neque media hoc essent quod dicitur: si extrema utrinq; mediis non adiacerent: neque extrema quidem essent extrema: nisi prima & media præcederent. Coniungit ergo illa ad totius perfectõem: & hoc erat qđ dicit: consistere ipsa adinuicem. nam tã quam diuersarum specierum totam cõiunctõnem & constructõem complẽt: quam cognosces inquit. Si præfatorum bonorum memor extiteris: nam extremorum memoriæ media concurrãt necesse erit. immortalium inquit deorum & mortalium hominum cõiunctõem. Prima enim ultimis per media coniunguntur & ultima primis claritudine. heroum mediante reducuntur. talis quidẽ ordo est rerum quæ ratõne utuntur: qđ in principio declaratum est. tanquam essent in mũdo primi immortales Dei. post hos clari heroes: & ultimi dæmones terreni. quos mortales homines uocat: quomodo autem horu; quodq; ĩtelligere nos oporteat iã supius dictum ẽ

cognitionem horum ueracem accipere
decet quorum honorem ex traditione
ante comprehendimus:& quæ ciuilem
uirtutem ueritate inſpectiua ornarunt:
uł quæ a ſe bōa hominis natura ad diui
nam uirtutem commutarunt: intellige
re autem quæ exiſtunt ut a Deo conſti-
tuta ſūt ſimilitudo quædam dei eſt. Sed
qum poſt immortale ornamentum cor
poralis natura ſubiacet. quæ hūc quem
uidemus:mundum complet:& quæ co-
ordinata eſt :ut exiſtentiæ quæ ratione
utuntur duces ſint & præuiæ:ex qua na
turalis peritiæ fructum affoř illis docet:
qui ordinate ad rerum cognitōnem ꝑ-
cedunt. Cognoſces autem naturam in
omnibus æquam. Itaq; neque ſperabis q̄
ſperanda non ſunt:neq; te quicquā late
bit. Ad diuinum temperamentum na-
tura hunc quem uidemus mundum fō
mans ipſum ſibi per relatōnem diuerſis
mōis aſſimilauit:& diuinā pulchritudi
nē aliter atq; aliter omibus ſpeciebus im
preſſit. Cælo enim dedit ut ꝑpetuo mo-

ueretur. Terræ autē ut semper staret:
quorum utrunq uestigia similitudinis
diuinæ demonstrat: ac cælesti corpori p̄
buit: ut totum quicquid est circūiret. ter
re uero circūitōnis centrum: aliter quo
que centrum est principium: aliter cir-
cūdātis terminus. unde superiora astris
sculpta & depicta sunt & intellectu ani
malibus: terra quoq plātis ornat: & ani
